
GVLIELMI LILII, OLIM SCHOLAE PAVLINAE

apud Londinum moderatoris, de Latinorũ nominum generibus, de uerborũ præteritis & supinis, regulæ non minus utiles, quàm compendiosæ, cum annotationibus

THOMAE ROBERTSONI Eboracensis.

QVIBVS accessit de nominibus heteroclitis, de uerbis defectiuis, ac demum de uersibus pangendis, auctariũ neutiquã pœnitendum, per eundem THOMAM ROBERTSONVM, appositis ubiq; annotationibus.



וְהַמַּשְׂכִּילִים יַזְהִירוּ כְּזוֹהַר הָרָקִיעַ ׃

Καὶ οἱ συνιέντες ἐκλάμψουσιν ὡς ἡ λαμπρότης τοῦ στερεώματος.

Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti. Danielis 12.

BASILEAE, ANNO
M. D. XXXII

Stephani Blasij

INTEGERRIMO IN CHRISTO PATRI, DOMINO IOANNI LONglondo, Episcopo Lincolniensi, præcipuo patrono ac Mecœnati suo, THOMAS ROBERTSONUS Eboracensis S. D. P.



PRODIIT superioribus annis, PRAESUL integerrime, libellus quidam nomine Gulielmi Lilij, de generibus nominum, de præteritis ac supinis uerborum, oppidoquam elegans sanè, nec mediocri artificio cōscriptus, illam Lilianam modestiā ubique expresse referens, dum uidelicet multo plus eruditionis pariter ac fructus in recessu occultet, quàm prima fronte polliceatur: utpote quem magis in puerorū usum elucubratum apparet, quàm ut autoris sui ingenium ambitiosius uenditet. Hunc cum nō ita pridem Oxoniæ pueris aliquot optimæ spei, ac tum quidem nostræ fidei creditis, inter cætera rudimenta prælegendū curauerimus, rati planè, id quod est, nihil penitus nec facilius, nec iucūdius, nihil nec doctius nec magis concinnum, nihil deniq; nec maiori cōmodo nec compendio, illi ætati tradi posse: Cōperimus tamen, ut sunt uaria mortaliū palata, non defuisse quosdam nec sanè indoctos homines, qui libello curiosius inspecto causarent non solum mutilum esse & ἀκέφαλον, nimirum quod de heteroclitis, de uerbis defectiuis, & alijs quibusdam, quæ huc spectare uiderentur, nulla fieret mentio, sed deesse etiam in his ipsis permulta ab alijs quidē grāmaticis tradita: forsan quod in primo operis frontispicio, ut apud alios (præsertim neotericos) ferè fit, nō occurrissent statim exoticæ illæ spirituum, geniorū, amnium, urbium, & arborū uoculæ, cuius farraginis sunt cherubim, seraphim, cherub, seraph, muthul, cim,

nephet, ispal, & id genus sexcenta: Postremo nōnulla non tam manca esse, quàm etiam planè falsa, dum ex nominib. cum alia non pauca, uti ipsi uolebant, tum uero uannus & anus pro uetula, nullū genus sibi assignatū haberent: Dum inter uerba, flecto, plecto, figo, & fluo, in distribuendis supinis prorsus ἀσύμβολα dimitterent: Dum disco, fathisco, & palleo, eò ambiguitatis redigerent, ut modo habere præterita, modo rursum carere dicerentur: Breuiter, dum alij quidem uersus claudicarent, alij uero licentiosi ac nimiū ὑπέρμετροι & penè ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶντες uiderent. Hæc & his similia, ut in totum inficiari nō potui, ita partim in præmaturam autoris mortem, qui tunc, ut opinor, de nulla re minus quàm de æditione cogitabat: partim etiam in chalcographos, retorquenda duxi, qui ob pauxillum lucelli librū nondum nec castigatū, nec absolutum, sed uelut è funere domini sui sublectum, cōtinuò ad prælum rapiunt, interim etiam, ut solent, τὸ δ᾽ εὖ κείμενον sua inscitia deprauantes: Cæterum non esse tantum mendorū, quin leui negocio à præceptoribus ipsis ita tollerent, ut non solum citra offensam, sed cum fructu quoque non exiguo, tyronibus adhuc rudibus tradi potuisset. Hic cum illi protinus instarent, ut ego tam facilem prouinciā in meos humeros reciperē, una opera non apud pueros modò gratiam initurus maximam, sed & præceptoribus quoque ipsis, id laboris quod in his emendandis necessariò insumendū foret, in totum ademptturus: quum sic inquā instarent illi, cœpi equidē e uestigio ceu ἁλιεὺς πληγεὶς ὑπὸ πόδας, quod aiunt, ἀναχωρεῖν, uel q̄d memor essem, quàm non inconsulte Hectorem fratrem admonuisset Paris ille Homericus, uir alioqui parum cordatus, ubi ait:

πὰρ δύναμιν δ᾽ οὐκ ἔστι καὶ ἐσσύμενον πολεμίζειν.

Vel q̄d mihi uisus essem fastidiore stomacho, quàm ut tam anxias harum minutiarū λεπτολεσχίας citra nauseam deuorare susti

re sustinerem. Quid multis? Quo ego studiosius excusationi meæ locum parare conatus sum, hoc improbius illi perurgebāt, nec oppugnare desierunt, donec eò perpulissent, ut quod prius tantopere effugere quęrebam, postea saltem uel illorū periculo aggrederer. Illis itaq; potius quàm mihi imputandum quis non uidet, quomodocunque cessura sit huius periclitationis alea? Nam ego non irata tantum Minerua, sed perinde ac si ἀκώρ μὲν ὁ ζεὺς οἶδεν, ut habet prouerbium, rem planè aggressus sum. Verum ubi semel expugnati, harena cedere, atque herbam dare coacti sumus, euicto animo nostro non solum quantum rogabamur pręstitimus, hoc est non solum sublatis mendis annotauimus quæ uidebantur annotanda, sed & auctarium etiam neutiquam, ni fallimur, pœnitendum, prioribus adijciendum curauimus: additis ad genera quidem nominibus heteroclitis, ad præterita uero & supina, defectiuis uerbis, ac omniū postremo breui quodam uersificandi cōpendio, ceu colophōne, adiecto. Quod uel hoc consilio à nobis factum est, partim ut liber harum rerum accessione absolutior, querulorum morositati facilius satisfaceret, sed potissimū ne nos amplius post hoc tædiū utcunq; deuoratū ad κράμβην δίσεφθον truderemur. Atque hic mihi cogitanti, post tot cæcos anfractus, & imperuias uiarum salebras (ut nobis rudibus & inexercitatis uisæ sunt) utcunq; superatas, cui nam potissimū has qualescunq; lucubratiunculas, primasq; nostri ingenioli ἀπαρχὰς nuncuparem, tu præ cæteris doctissime patrone statim in mentem ueneras: cui quantum deberem, longe facilius agnoscere potui, quàm rationē dispicere, qua tot tuis in me beneficijs ulla ex parte respondere liceat. Cæterū ne quod tantopere gestiebat animus, pari festinatione pertentarem, ἴσχε με, ut inquit Homerus, αἰδὼς ἢ δέος. Pudet enim me, fateor, non mediocriter sortis meæ, qui non habeam

aliud,quo te donarem,primum,summũ Mecęnatẽ meum, tum uero Episcopum ac primi nominis theologum, quàm triuiales grammaticorũ canonas: Ad quorum lectionem, à tot sacris studijs, à tot saluberrimis cõcionibus, quas pluscu los iam annos per totam hanc insulam, non dicam quantò cum applausu, at certe cum maximo audientium fructu & laude tua disseminaueris: à tot denique occupationibus se=rijs, uel dum causæ audiuntur, uel tractatur res cleri, maio=re ne cum dexteritate an prudentia uix dixerim: ab istis in=quam, & multis huius generis sanctissimis negocijs, ad le-gendas insipidas ἐκ τῆς τριόδου φλυαρίας grauitatem tuam re uocare, non tam piaculum uidebatur, quàm planè nephas, & nimium audax facinus. Tametsi non ignorabam ueteris consuetudinis præiudiciũ, huic incepto nostro non fauere modò, sed abunde etiam patrocinari. Quibus uideo prisco more receptum, ut aliquando principibus uiris ingenij sui fœturas dicari curarent, etiamsi pro certo compertũ esset, eos, quod dicatum erat, nunquã perlecturos, ut saltem uel illorum titulis studiosorũ affectibus opus ipsum magis com mendaretur: quando iuxta Plinij sententiam, quædam nõ alio nomine in summo habeantur precio, quàm quod tem plis sint dicata. Quod unum emolumentum & ego ex hàc ad te nuncupatione mihi aucupari laboro. Proinde ubi mul tis argumentis abunde exploratum erat, mihi nullo modo phas esse, ut te ab augustissimis sacrarum literarũ penetrali bus accersitum, in hoc miserum grammaticorũ pistrinum uelut ἀφ᾽ ἵππων, ut aiunt, ἐπ᾽ ὄνους intrudere conarer, satis tan dem splendide cum libello actum uideri cœpit, si utcunque sub tuo patrocinio auspicijsq́ in lucem prodire permittere tur, eo doctis omnibus haud dubie multo plausibilior & gra tior futurus, quod tibi uiro summa & autoritate & eruditio ne crederetur non displicuisse. Et licet ipsum scribendi argu

mentũ

mentum tuis studijs, ut nō semel iam diximus, sit multo alie nissimum, ludo tamen illi literario, quem nō paucos iam an nos Henleæ non paruis impensis aluēris, maioribusq́; in omne usque æuum, in perpetuam patriæ ac reipublicæ tuæ utilitatem confirmare paras, uisum est in primis conuenire posse. In huius ergo recentis scholæ tuæ usum, optime Præsul, uisum est hoc quicquid est literarij muneris fausto, ut au guror, omine, ὅτι ἄνδι θεῷ, ut ille ait, consecrasse: opus uideli cet, ut (si non aliud quàm moles spectetur) non adeò magnum, ita, uti & spero & opto, pueritiæ britannicæ non infrugiferum futurum. Cui si accedat concinnatissimus ille libellus de octo partium constructione, ac Petri Mosellani ta bula de schematibus, nō uideo quid amplius desideret puer, quo minus iam uel citra pædagogi operam, etiam sine cortice, ut Flaccus inquit, natare possit.

Bene uale. Londini, postridie
Nonas Maias,
ANNO M. D. XXXII.

AD LECTOREM.

LIBVIT hic in huius opusculi frontispicio autorum catalogum apponere, é quorum monumentis has qualescunque excerpsimus adnotationes, quò suboleat prudens lector, legendis hisce nostris, se non omnino oleum (quod aiunt) & operam perditurum.

AVTORES LATINI.

Marcus Cicero
Fabius Quintilianus
Caius Plinius
Seneca
Solinus
Cæcilius Plinius
Aulus Gellius
Macrobius
Apuleius
Cato
Marcus Varro
Columella
Palladius
Titus Liuius
Sallustius
Caius Cæsar
Suetonius
Lucius Florus
Pomponius Mela
Cornelius Celsus
Vitruuius
Iulius Firmicus
Martianus Capella
Diuus Hieronymus
Diuus Ambrosius
Diuus Augustinus.

POETAE.

Plautus
Terentius
Vergilius
Ouidius
Horatius
Lucanus
Catullus
Tibullus
Propertius
Statius
Sillius Italicus
Valerius Flaccus
Seneca Tragicus
Lucretius

Iuuenalis

Iuuenalis
Perſius
Martialis
Manilius
Claudianus
Auſonius
Prudentius
Iuuencus
Sedulius
Sidonius
Serenus
Rhemnius interpres Dionyſij.

VETERES.

Liuius Andronicus
Ennius
Næuius
Lucilius
Cæcilius
Gracchus
Aſinius Pollio
Accius
Auienus
Pomponius
Craſſus
Turpilius
Baſſus
Aemilius Macer
Titianus
Piſo
Lucius Cæſar
Orbilius
Canutius
Metellus Numidicus
Lamerius
Lucius Gellius
Caſſius
Claudius
Pompeius Magnus.

GRAMMATICI.

Nonius Marcellus
Feſtus Pompeius
Marcus Varro
Diomedes
Probus
Caper
Phocas
Donatus
Seruius
Terentianus
Priſcianus
Victorinus.

RECENTIORES.

Laurentius Valla
Georg. Valla Placent.
Theodorus Gaza
Angelus Politianus
Hermolaus Barbarus
Thomas Linacrus
Gulielmus Budæus
Eraſmus Roterodamus

Cœlius Rhodoginus
Baptista Egnatius
Raphaël Volaterranus
Aldus Romanus
Antonius Nebrissensis
Antonius Mancinellus
Ioannes Despauterius
Perottus
Calepinus
Aliiq́; id genus scriptores quamplurimi.

GRAECI.

Demosthenes
Aristoteles
Athenæus
Galenus
Paulus Aegineta
Dioscorides
Stephanus.

POETAE.

Homerus
Hesiodus
Theocritus
Aeschylus
Callimachus
Cratinus
Phocylides
Nonnus
Theognis.

HENRICVS KNOLAEVS DE ANNOTAtionibus præceptoris ſui, ad ſtudioſam pubem.

Ὅστις γραμματικὴν τῶν τεχνῶν μητέρ' ἁπασῶν,
Καὶ πολύκαρπον ἔχων παιδοδίδαγμα φιλεῖς,
Ὅστις παύροισιν καλὰ πολλὰ μαθήματα ζητεῖς,
Ἀμφοτέραις χερσὶν ταῦτα δέχου σχόλια.
Οὐνομάτων τε κλίσεις χ' ἑτερόκλιτα χωλὰ δίδωσι,
Ῥηματικήν τε γονὴν καὶ μέλος ἀονίδων.
Μικρὰ μὲν ἔξεστι, σὺ δὲ οὔποτε μικρ' ἐκπέμπου,
Μικρὸς μικρὰ πρέπει, πρόχειρα παιδαρίοις.
Πολλάκι, ὥστε λέγουσι, χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ.
Πολλάκι τῶν ὄντων κρείττονα βαιότερα.
Ἆρα μικρὰν μικροῖς ἀγοράζων χρήμασι βίβλον,
Εὑρήσεις ὦ παῖ καρπὸν ἄρ' οὐδὲ μικρόν.

EIVSDEM KNOLAEI τετράστιχον.

Auſonij ruris ſegetes, ſi falce recurua
Carpere forte uelis, hunc pete Lector agrum:
Vomere quem docto coluit doctiſſimus ille,
Ille Robertſonus, flos, decus Oxoniæ.

FABIVS INSTITVTIONVM ORATORIARVM PRIMO.

NOMINA declinare & uerba in primis pueri ſciant, neq; enim aliter peruenire ad intellectũ ſequentium poſſunt: quod etiam admonere ſuperuacuum fuerat, niſi ambitioſa feſtinatione pleriq; à poſterioribus inciperent, et dum oſtentare diſcipulos circa ſpecioſiora malunt, cõpendio morantur. &c.

GVLIELMI LILII DE LATINORVM NOMINVM GEneribus Carmen, cum annotationibus THOMAE ROBERTSONI Eboracensis.

REGVLAE GENERALES PROPRIORVM.



PROPRIA quæ maribus tribuuntur mascula dicas,
Vt sunt diuorũ, Mars, Bacchus, Apollo. Virorum,
Vt Cato, Vergilius. Fluuiorũ, ut Tybris, Orontes.
Mensium, ut October. Ventorum, ut Lybs, Notus, Auster.

Angelorũ & dæmonũ nomina, quum sint Hebraica & barbara, inepte latinis generib. inserunt. Cuiusmodi sunt:
שְׂרָפִים כְּרוּבִים שָׂרָף כְּרוּב בַּעַלְזְבוּב שָׂטָן
Satan, Beelzebub, Cherub, Seraph, Cherubim, Seraphim Quibus tamen Græci scriptores articulum neutrum subinde apponunt, ut τὰ χερουβίμ, τὰ σεραφίμ, ut Latini etiã ἐπίθετα neutra, ut beata Seraphim. Sed qua ratione id fiat, non satis liquet hebraice scientibus, præsertim quum illis neutrum genus ubiq; desit.

Fluuiorum uocabula uel hoc nomine masculino genere efferuntur, quod hos ceu deos quosdam antiquitas uenerata sit, persuasumq; habuerit singulis inesse sua numina, & uelut deos incolas. Albula tamen apud Nasonem, Allia apud Lucanũ, fœminina leguntur: quod κατὰ σύνθεσιν po

tius fit, quàm terminationis gratia: prǽsertim quum Martia lis dicat in masculino: Cui rector aquarum

Albula nauigerum per freta tendit iter. Et Tibull.

Testis Arar, Rhodanusq; celer, magnusq; Garũna.

Sic Claudianus: Formosus Thuria ripis. Nam sic restituit Hermolaus Barbarus. Illud etiam Lucani, Tepidum Iader, uidetur figurate dictum, ut ad flumen referas: ut etiã illud Ciceronem ad Atticum lib. quarto: Lacus Velinus interciso monte in Nar defluit. Quũ Vergilius Nar albus, dicat. Ausonius: Sulphureus Nar. quomodo & cæteri loquũtur. Στύξ, λήθη, & Acheruns apud Plautũ fœminina sunt, & illis inferorũ paludibus ab effectu adscripta. Muthul apud Sallust. barbara uox est. Deniq; uentorũ nomina masculina sunt, quod & illi ethnicis etiam pro dijs habebantur. λίψ, Latini Aphricũ uocant. Νότος, nobis Auster dicitur, quasi nebulosus aut humidus: νοτὶς enim Græcis humorem significat.

Propria fœmineum referentia nomina sexum,
Fœmineo generi tribuuntur: siue dearum
Sũt, ut Iuno, Venus. mulierũ, ceu Anna, Philotis
Vrbiũ, ut Elis, Opus. regionũ, ut Grǽcia, Persis
Insulǽ item nomẽ, ceu Creta, Britãnia, Cyprus.

Opus Opuntis, ab ὀπόεις ὀπόεντος κατὰ συναίρεσιν, μητρόπολις λοκρῶν. Vnde Opuntius adiectiuum. Nec mireris si quando in istis Poëtas inuenies, neglecta ratione, terminationem secutos. Vergilius:

Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi.

Nisi forsan sit hoc Abydum, in nominandi casu.

Excipienda tamen quædam sunt urbiũ, ut ista
Mascula, Sulmo, Agragas. quædã neutralia, ut
Argos,

Tybur, Prǽneſte, & genus Anxur q̄d dat utrũq;.
Ouid. Sulmo mihi patria eſt, gelidis uberrimus undis.
Verg. Arduus inde Agragas. Vrbs Siciliæ, unde Empedocles Agragantinus dicitur apud Lucret. Hodie Agrigentum & Agrigentinus. Horatius:

Aptum dicit equis Argos. Et Homerus:
Ἄργος ἐς ἱππόβοτον. Et alibi:
πολυδίψιον Ἄργος ἱκοίμην.

Sic Varro: ἵππιον Ἄργος. Silius Italicus:

Hinc tybur Catille tuum, ſacriſq; dicatum
Fortunæ Præneſte iugis.

Nam Præneſte ſub ipſa, Poëta nõ citra figuram dixit: non ſecus q̄ Iuuenal. Gelida Præneſte. Eſt & zeugma apud Lucan. neutri generis, non quia nomen oppidi, ſed potius (ut uidetur) quia ῥηματικὸν in μα, à uerbo ζεύγνυμι, de quo Stephanus in hunc modum: Ζεῦγμα πόλις συρίας ἀπὸ τοῦ εὐφράτῃ, οὗ ἀλέξανδρος ζεύξας ἁλύσεσι διεβίβασε τὰ στρατόπεδα.
Legitur & Reate neut. apud Silium:

Magnæq; Reate dicatum Cœlicolûm matri.

Anxur modo maſc. modo neut. reperitur. Martialis:

Sine ſalutiferis candidus Anxur aquis. Horatius:
Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur.

Suthul, Gadir, apud Salluſt. quemadmodũ Cim, Nephet, Iſpal, & ſimilia oppidorũ nomina, barbara ſunt. De ijs uero quæ in plurali tantũ inueniũtur, quod genus ſunt Veij, Gabij, Philippi, inter ἑτερόκλιτα agendum.

REGVLAE GENERALES APPELLATIVORVM.

Appellatiua arborũ erunt muliebria, ut alnus,
Cupreſſus, cedrus. Mas ſpinus, mas oleaſter.
Et ſunt neutra, ſiler, ſuber, thus, robor, acerq;.

Arbores inter fœminina hac de causa recenseri putat Priscianus, quod fœturæ suæ uelut matres quædã sint, quibus & Poëtæ suas δρυάδας καὶ ἁμαδρυάδας, Philosophi uitam quandam suã, Plinius etiam sexum & coniugiũ attribuit. Vnde factum uideri posset, ut ueteres aliquot arborum uocibus masculine abusi fuerint, sicut Ennius, qui Rectosq́ cupressos, scriptũ reliquit. Sed fac ubiq; memineris adolescentiã Latinæ linguę balbutiem infantię suæ correxisse, in ornatissimamq́ dicendi formam redegisse, quæ circa Ciceronis seculum floruit maxime: Hanc uelim tibi præ cæteris imitandam proponas. Ad copiam parandam omnia obseruanda sunt: ad imitationẽ optima. Neq; enim si Ennius Crux & Cor mascul. protulerit: Cæcilius, Hilaro fronte: Plautus, Virile sexus. &, Comburebat gutturem, atque id genus alia, de quibus apud Nonium & Priscianũ abunde, idem tibi licere putes: quinpotius in uniuersum ab obsoletis illis & iam desitis uocabulis non secus quàm à scopulo, ut inquit ille, abstinendum: ne dum latine loqui πολυπραγμονεῖς, nihil aliud quàm molestas illas antiquitatis sordes atq; ὀψιμαθίαν quandã, siue, ut ita loquar, γλωσσοφθόρων assequaris. Proindequoties uetustiora à nobis interspersa deprehenderis, scias id in rem tuam factum esse, nimirũ ut simul discas & inter usitata & prisca distinguere, atq; etiam à Grammaticis quibusdam interim præcauere, qui hæc, una farragine, uelut ignem & aquam promiscue confundere solent, citra omnem discriminis aut iudicij rationem.

Rubus, dumus, & siler, si Prisciano credimus, inter frutices, non arbores, numeranda sunt. Rubus in fœminino usus est Serenus in præceptis medicis:

Manditur apta rubus gingiuis, & bona labris. Et Pruden. Quem contorta rubus densis cruciatibus edit.

Vt oleaster, sic piraster dicimus & pinaster: quo postremo

Plinius

Plinius & Gaza in fœminino utuntur. Sunt & oleastrum, pirastrum & pinastrũ neutra, significantq́ stirpem notham & à primæua bonitate degenerem. Suber Plinius in masculino usurpat lib. xvi. cap. xxv. Gaza & alij in neutro.

EPICOENA.

Sunt etiã uolucrũ, ceu passer, hirundo: Ferarũ,
Vt tygris, uulpes: Piscium, ut ostrea, cetus:
Dicta epicœna, qbus uox ipsa genus feret aptũ

Ἐπίκοινα dicuntur, quæ confusim utrunque sexum, una uoce unoq́ articulo repræsentant, cuiusmodi sunt pleraque auium nomina: ut

Hic { Passer, Pauo, Turtur, Miluus. Hæc { Aquila, Pica, Cornix, Coturnix.

Et ex quadrupedibus etiam nonnulla, ut

Hic { Lepus, Cuniculus, Sciurus. Hæc { Mustela, Viuerra, Feles.

Ex piscibus magna pars, ut

Hic { Mullus, Pecten, Salmo. Hæc { Balena, Muræna, Sepia.

Ex uermibus & insectis, ut

Hic { Bufo, Pulex, Culex. Hæc { Rana, Eruca, Rubeta.

In ijs quoties sexum distinguere uolumus, aquila mas, & aquila fœmina dicere licebit: id q̃d in simili ratione ab Ouidio uides factum, quum ait:

Ales habet quod amet, cum quo ſua gaudia iungat,
Inuenit in media fœmina piſcis aqua.

Attamen ex cūctis, quæ diximus ante, notandū
Omne quod exit in um, ſeu græcum ſiue latinū,
Eſſe genus neutrū. Sic inuariabile nomen.

De fluuiorū nominibus in um, exemplum habes apud Lucanum: Cruſtumiumq; rapax. Et flumen Rhenum, apud Horatium. De urbibus, ut Mediolanum, Londinum, Louanium. De regionibus, ut Cantium.

De arboribus, ut bdellium, ebenum, balſamum. Vnde opobalſamū, ſuccus eiuſdem. Xylobalſamum, lignum ſeu materia. Carpobalſamum, fructus: Nam ὀπὸς Græcis ſuccum, ξύλον lignum, καρπὸς fructum ſignificat.

Ex genere uolatili, ut τὸ οἶστρον. Eſt & ὁ οἶστρος, Gaza aſylum reddit. De piſcibus, ut oſtreum, conchylium. Cæterum ſi iam hoc idem de proprijs uirorum & fœminarum affirmare aggrederer, id quod hoc loco Lilius aperte innuiſſe uidetur, non tam facile forſitan perſuaderem, nimirum quod recentiores Grammatici, qui ſoli penè omnium manibus teruntur, diuerſum & aſſerant & doceant. Equidem tamen Fabij iudicio malim accedere, qui non uno in loco ſcribit eſſe nomina quædam, quæ fœminas quidem ſignificent, ſed neutrali poſitione, ut Glycerium. Priſcianus etiam neque ſemel neq; hæſitanter docet, non ſolum fœminarum propria quædam inueniri neutra, ut hoc Glycerium, hoc Dorcium: ſed & uirorum etiam, ut hoc Baſſion, hoc Heliconion. Neque deeſt ratio, cum græcorum ὑποκοριστικὰ in ιον neutra ſint: qua enim ratione τὸ ἀνθρώπιον & τὸ ἐπιστόλιον dicimus, eadem τὸ γλυκέριον & τὸ φιλήνιον uideatur dicendum. Porrò quod legitur apud Terentiū mea Glycerium, non meum, non magis contra hoc præceptum facit,

est, quàm quod apud eundem ſubinde repetitũ inuenias: Vbi eſt illic ſcelus qui me perdidit. Et alibi: Inſuper ſcelus poſtquã ludificatus eſt uirginem. Idem: Vt illud dij deæq́ omnes ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt. Rurſum alibi: Eas ſe perſonas non negat tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam. Et Vergilius:

Centauro inuehitur magna.

Neque enim (ut opinor) uſquam erit tam excors literator, qui ſcelus & ſenium idcirco eſſe maſculina prçcipiet, quod hic cum maſcul. coniuncta deprehendantur: ut nec Eunuchum & Centaurum fœminina, quod hoc loco illius generis ἐπίθετα ſibi aſciſcant. Proinde in ijs & huiuſmodi plus quàm mille figuratis locutionibus, quas ne ſim nimis odioſus, in præſentia adſcribere ſuperſideo, ad ſenſum omnia, nõ ad uoces referenda ſunt. Quod qui diligentius perpendet, facile cernet, fieri poſſe ut Glycerium ſit neutri generis: & ſimul probe dixiſſe Terentium, mea Glycerium. Per me tamen unicuique liberum erit, ut quod uelit ſentiat, præſertim quum ſciam Donatum & alios doctos uiros diuerſum ſentire: Tantum oſtendo, quid mihi Lilius hoc loco tanquam probabilius uideatur ſecutus. Quæ tamen opinio tum demũ mihi magis ac magis cœperat arridere, poſtquam intellexeram LINACRVM noſtrum in hanc quoque ſententiam propè pedibus iuiſſe, uirum ut in omni literarum genere abſolutiſſimum, ita in grammaticis non curioſum modo, ſed planè ſuperſtitioſum, adeò ut à doctiſſimis etiam uiris hoc nomine male audiret, quod cæteris ſtudijs ſubinde intermiſſis, in hac una re uideretur nimius.

Sic inuariabile nomen.] Hæc Græcis ἄπτωτα dicuntur, qualia ſunt

Phas

Hoc {
Phas, nephas
Nil, nihil
Cornu, genu. & cætera in u singul.
Instar & forsan.
Spinter apud Plaut.
Gith, quo utitur Plinius lib. xix. cap. viij. barbara uox est. Legitur & Esaiæ cap. xxviij. pro quo Hebræi habent קֶצַח Septuaginta μελάνθιον. Ausonius:

Est inter fruges, morsu piper, æquiparans gith.

Hoc {
Gummi, sinapi. Est tamen hæc gummis apud Columel. & Statium: ut hæc sinapis etiam apud eundem Columell. & Plaut. in Pseud.
Ir. τὸ θέναρ.
Subtel. τὸ κοῖλον τοῦ ποδός.

Huc pertinent & quæ τεχνικῶς efferuntur: uulgus materialia uocat: ut, Scribo est uerbum: Cæsar est dissyllabum: quibus Græci articulum τὸ apponunt: ut, τὸ καῖσαρ δισύλλαβόν ἐστι. Cuiusmodi sunt & illa, Grande sophos, euge tuum, triste uale, suum χαῖρε, ecce aliud cras, & alia id genus.

Sed nunc de reliquis, quę appellatiua uocantur,
Aut quæ sunt tanquam appellatiua, ordine dicam.
Nam genus his semper dignoscitur ex genitiuo,
Infrà ut monstrabit specialis regula triplex.

Hic obseruabis, primam ex his tribus regulis esse appellatiuorum ἰσοσυλλάβων, ut sunt primæ & quartæ inflexionis omnia (de usu sermonis loquor, non ignorans ueteres ab anus, anuis in genitiuo dixisse solitos, ut & ab aula aulai) & secundæ item: præter pauca quædam, in quibus genitiuus excrescit: quod genus sunt,

Socer, soceri.
Gener, generi.
Adulter, adulteri.

Puer, pueri. Et uir, uiri, cum compositis: ut leuir, ὁ ἀνδράδελφος, triumuir, decemuir, centumuir, &c.

Et tertiæ etiam non pauca, ut

Labes

Labes,labis. Peſtis,peſtis.
Pater,patris. Vis,uis.
Cubile,cubilis. Caro,carnis.

Secundam uero περιττοσυλλάβων: Sed eorum duntaxat,qui bus penultima genitiui tono acuto eleuatur,ut incus incu dis:cuius ordinis ſunt omnia quintæ,præter Fides. Cætera ſunt tertiæ,præter unum,uir uiri. Eſt & poſtrema τῶν περιττοσυλλάβων quoqꝫ, ſed quibus penultima genitiui ediuer ſo graui accentu deprimitur,ut Lapis lapidis:& hęc omnia tertiæ ſunt declinationis, pręter illa pauca ſecũdæ quæ pau lò ante diximus,& unum quintæ,uidelicet Fides.

PRIMA REGVLA SPECIALIS.

Nomen non creſcens genitiuo,ceu caro,carnis,
Capra capræ,nubes nubis,genus eſt muliebre.

Non abs re fuerit, in ſingulis ordinibus pueros etiã per omnes omniũ terminationes diligenter exercitari,ut ſciant in primis opes ſuas, & ꝙ late tam exiguæ præceptiunculæ ſeſe diffundant. Proinde huc referes latina omnia in a, ut menſa,polenta. Vbi obiter notabis,nullam uocem latinam ſingul.in a inueniri neutri generis, falliqꝫ eos qui polentã inter neutra adnumerarunt. Poëtas tamen comperies ali= quoties in iſtis magis ſenſum ꝙ uerba reſpexiſſe. Ouid.

E ſummo Theſſalus oſſa. Et alibi:
Sicanus Aetna uomit.

Ad hæc ממונא id eſt mammona, Syriacam uocem eſſe, idem illis ſignificantem quod Græcis πλοῦτος. מנא uero et פסח id eſt manna & paſcha (nam ſic Latini pariter & Græ ci corrupte pronunciant) hebraicæ ditionis eſſe. Auſo= nius paſcha in neutro & prima declinatione utitur.

Primis poſt ſanctum paſcha diebus. Et rurſum:
Inſtantis ſolennia paſchæ.

Spectant huc & plurima in es, ut fames, proles.

In { is, ut peſtis, reſtis.
us, ut domus, anus.
η græca, ut νύμφη, γραμματική.
o, ut caro.
er, ut mater. } & quæ his ſunt ſimilia.

Sed nunc quæ hinc excipiantur aduerte.

Maſcula nomina in a, dicuntur multa uirorum,
Vt ſcriba, aſſecla, papa, & rabula, lixa, laniſta.

Adduntur huc à Grammaticis, Collega, ſcurra, Adria pro ſinu adriatico: popa, & quo utitur Hieronymus, pincerna, uox ut uidetur, παρὰ τὸ πίνειν καὶ κιρνᾷν enata: unde & Plautus Cirneam dixit, pro poculo. Porrò illa, Vacia, Panſa, Cacula, Agrippa, & huiuſmodi, uirorũ cognomenta ſunt.

Maſcula græcorũ quot declinatio prima
Fundit in as, & in es, & ab illis quot per a fiunt,
Vt ſatrapas ſatrapa, athletes athleta legunt.
Maſcula item uerres, natalis, aqualis: ab aſſe
Nata, ut centuſſis. Coniunge lienis, & orbis,
Callis, caulis, follis, collis, menſis & enſis,
Fuſtis, funis, panis, penis, crinis & ignis,
Caſſis, faſcis, torris, ſentis, piſcis & unguis,
Et uermis, uectis, poſtis, ſocietur & axis.

Nomina primæ declinationis in as, uel in ης, apud græcos maſc. ſunt: & nobis uerſa in a, genus ſeruant, ut ὁ σατράπης, hic ſatrapa. ὁ ἀθλητής, hic athleta. Cuius generis ſunt & alia penè innumera, etiam à latinis uſurpata, qualia ſunt quę hic ſubiunximus.

In as,

In as, ut

Μανδραγόρας		Mandragora
Βορέας		Boreas
ὁ Καικίας	Hic	Cæcias
Μαστιγίας		Maſtigia
Στιγματίας.		Stigmatia.

Similiter & propria quædam, ut

Κατιλίνας		Catilina
ὁ Σύλλας	Hic	Sylla
Σωσίας		Soſia.

Sed multo plura in ης, ut

Ποιητής		Poëta
Πλανητής		Planeta
Ναύτης		Nauta
Κομήτης		Cometa
ὁ Προφήτης	Hic	Propheta
Γεωμέτρης		Geometra
Πειρατής		Pirata
Βιβλιοπώλης		Bibliopola
Σοφιστής		Sophiſta.

Item gentilia aliquot, quod genus ſunt,

Σκύθης		Scytha
ὁ Πέρσης	Hic	Perſa
Καππαδόκης.		Cappadoca.

Patronymica quoq; maſcul. in ης, uelut

Αἰνειάδης		Aeneades
ὁ Κρονίδης	Hic	Cronides
Ἀτλαντιάδης		Atlantides
Πριαμίδης		Priamides.

Inueniũtur tamen huius formæ quædã, cum neutris nõ raro coniuncta. Columel. Vinum abſynthiten, hyſſopiten

abrotonicen, thymiten, sic condire oportet. Quæ res nō leuiter torsit Grammaticos aliquot, doctos quidem illos, sed græci sermonis ignaros: sine cuius præsidio de latino iudicium ferre, perinde est atq; littus arare: uel quod ait Theocritus, καὶ ὕδατι νίζειν θολερῷ ἰοειδῆ πλίνθον. Neq; enim erat cur hic quicq; distorquerentur, si intellexissent hæc masculina non ad uinum, sed ad græcam uocem, nempe οἶνος, referenda esse. Sed quandoquidē hucusq; imprudentes prouecti sumus, addamus & illud, esse scilicet aliquot istorum apud Græcos etiam duorū generū, ut ὁ καὶ ἡ λύσις, αὐθέντης. Præterea esse illis masculina quædam in ης, quæ à nostris in a etiā uersa, fœminine usurpant: cuius sortis sunt & illa,

ὁ	κρατής χάρτης μαργαρίτης καταράκτης.	Hæc Cratera Charta Margarita Cataracta.

Sed in his longius immoramur, quàm instituimus: Proinde uelim græca à suis autoribus petas, à quibus ut certius, ita felicius discuntur.

Leguntur mascula item uerres. &c.] Non est cur moueraris, si prisci olim aliquibus istorum aliter abusi fuerint: apud quos, deuias calles, aurea funis, & hoc pane in nominandi casu reperias. Cæterum iampridem admonuimus, præcepta de usu Latini sermonis, nō de abusu, tradenda. Aqualis, uas aquarium. Vtitur Plaut. in Curcul.

Ab asse nata, &c.] Vt semissis, bessis, tressis, octussis, decussis, centussis, & huiusmodi. Istis adijciunt quidam, Aedilis, molaris, et annalis, quę adiectiua potius sunt: quēadmodum & illa, Reptilis, altilis, bipennis, continens, animans, profluens, confluens, quę plerunq; ad tacita substantiua referuntur.

Mascula in er, ceu uēter. In os, uel us, ut λόγος, annus

In er,

In er, & us latina sunt, & passim obuia. In ος græca, ut ὁ λόγος, ὁ δῆλος, ὁ νόμος, ὁ λάος, quo pronunciandi modo & ueteres etiam in Latinis usi sunt, ut adhuc in Plautinis fabulis licet cernere, & Fabius suos præceptores usurpasse testatur, quos ait ceruom & seruom extulisse solitos, pro ceruum & seruum.

Fœminei generis sunt mater, humus, domus, alu⁹
Et colus, & quartæ pro fructu ficus, acusq́;
Porticus atq; tribus, socrus, nurus, et manus, Idus
Huc anus addenda est, huc mystica uānus Iacchi.

Hunc postremum uersum necessariò curauimus addendum, q̃d alioqui anus & uannus nulla prorsus mentio extitisset. Aluus apud ueteres masculine legitur, quo modo & neoterici interdum loquuntur. Ficus secundæ inflexionis, dubij generis est: quartæ, fœminini duntaxat. Masculini, fructum significat, & uitiū podicis seu capitis. Nam ut inquit Paulus Aegineta, φύεται τὰ σῦκα, τὸ μὲν πλεῖσον ἐν κεφαλῇ. Fœminini uero, cuiuscunq; declinationis, tam arborem quàm fructum. Acus fœmin. quartæ declinationis est: secundę uero piscis genus, & mascul. generis, quem Græci βελόνην uocant, de quo Martialis:

Et satius tenues ducere credis acos.

Est demū & hoc acus aceris, palea seu σκύβαλον. Columel. Porcus acere nutricandus est.

His iungas ος in us uertentia græca, papyrus,
Antidotus, costus, diphthōgus, byssus, abyssus,
Crystallus, synodus, sapphirus, eremus, et arctus
Cum multis alijs, quæ nūc perscribere longū est.

Sunt ex istis quædam, quæ etiam neut. leguntur, ut hoc papyrum, antidotū, nardum, costum, crystallum, hyssopū. Cum multis alijs, &c.] Cuius generis sunt,

ἡ	Hæc
περίοδος	Periodus
ἔξοδος	Exodus
νάρδος	Nardus
ὕσσωπος	Hyſſopus
μέθοδος	Methodus, & ſimilia.

Sed hæc à ſuo fonte haurienda ſunt.

NEVTRA.

Neutrũ nomen in e, ſi gignit is, ut mare, rete.
Et q̃ in on uel in um fiũt, ut barbiton, ouũ. (thes
Eſt neutrũ hippomanes genus, & neutrũ cacoë-
Et uirus, pelagus: neutrũ modo mas, modo uulg⁹

In e, ſi gignit is, &c.] Hoc additur propter græca, quæ in gignendi caſu es pariunt, ut ſunt tum alia, tum artiũ uocabula pleraq;.

ἡ … ῆς	… es
διαλεκτική	Dialectice
μουσική	Muſice
γραμματική	Grammatice
λογική	Logice
ῥητορική	Rhetorice
φυσική	Phyſice
παρασκευή	Paraſceue
πεντηκοστή	Pentecoſte, & quæ his ſunt affinia.

Et quæ in on, &c.] Hæc etiam à Græcis accepimus, cuiuſmodi ſunt,

τὸ	Hoc
ἐγκώμιον	Encomium
σύμβολον	Symbolum
ἐπιστόλιον	Epiſtolium
ἴλιον	Ilium
βάρβιτον	Barbitum
βραβεῖον	Brabium
ἐγχειρίδιον	Enchiridiũ, & cõſimilia.

Hippo

Hippomanes ἀπὸ τοῦ ἱππομανεῖν, quod de equa equiente dici solet. De qua re sic Aristoteles sexto de historia animaliũ: Αἱ μὲν οὖν ἵπποι ἱππομανοῦσι, ὅθεν καὶ τὴν βλασφημίαν τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐπιφέρουσιν ἀπὸ μόνου τῶν ζώων τὴν ἐπὶ τῶν ἀκολάστων περὶ τὸ ἀφροδισιάζεσθαι. Vergilius:

Hinc demũ hippomanes, quod uero nomine dicunt
Pastores, lentum distillat ab inguine uirus.

Theocritus herbam facit in φαρμακεύτρια. Ait enim:

ἱππομανὲς φυτόν ἐστι παρ᾽ ἀρκάσι, τῷ δ᾽ ἔπι πᾶσαι
καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν᾽ ὤρεα καὶ θοαὶ ἵπποι.

Legitur præterea & apud Pliniũ & Iuuenalem, τὸ κακόηθες mala consuetudo. Iuuenalis:

Tenet insanabile multos Scribendi cacoëthes.

Vide miscell. Politiani, cap. 46. Sunt & hulcera quædam δυσθεράπευτα, quæ Galenus chiroma & κακοήθη appellat. Virus, huius uiri, & uiro. Lucret. Tetri primordia uiri. Et alio loco: Suo contractus perdere uiro. quomodo & Celsus non ueretur aliquoties loqui.

Neutrum modo uulgus, &c.] Ouid. Et rude uulgus erat. Verg. Hinc spargere uoces In uulgũ ambiguas.

DVBIA.

Incerti generis sunt, talpa, & dama, canalis,
Halcyonis, funis, clunis, restis, penus, amnis,
Pãpinus & corbis, linter, torquis, spec⁹, anguis
Pro fructu ficus fici dans, atq; phaselus, (sus.
Lecythus, ac atomus, grossus, pharus & paradi

A canali, Lucilius canaliculam dixit ὑποκοριστικῶς, non aliter quàm Varro à corbe corbulas. Penus in fœminino. Lucilius: Magna penus paruo spacio consumpta peribit. Plautus in masculino: Annuus penus. In neutro Horatius: Portet frumenta penusq;.

Vide Gelliũ lib.quarto,cap.primo. Αὐτὴρ Græcis masc.ul.est:nostri inter fœminina frequentius receptant. παραδείσους Latini uiuaria uocant. Vide Gell.lib.ij.cap.xx. Grossus τὸ ὄλυνθον. Celsus: Grossi in aqua cocti. Plin. Deprehensas hyeme grossos. Significat ficum quæ nondũ maturuit. De cæteris,si quid dubites,exempla habes cum alibi,tum apud Nonium Marcellum.

COMMVNIA.

Compositum à uerbo dans a,cõmune duorũ est.
Graiugena à gigno,agricola à colo. Id aduena mõ
A uenio:adde senex,auriga,et uerna,sodalis,(strat
Vates,extorris,patruelis,perq; duellis,
Affinis,iuuenis,testis,cinis,canis,hostis.

Huic numero accedũt parricida, homicida,qua uoce Seneca in fœminino utitur,à cedo. Conuiua à uiuo. Pomponius apud Priscian. Conueni conuiuas meas. Subsequa, pedissequa, à sequor. Transfuga,perfuga,&c.à fugio. Collega,à lego. Prudent. Spem sibi collegam cõiunxerat. Cornupeta,hæredipeta,à peto. Legirupa,à rumpo apud Plautũ. Inuenies quædam ex hoc genere etiam neutris aliquãdo adiecta, ut aduena mancipiũ, alienigena uino apud Gell.lib.ij.cap.xxiiij. Indigena uina apud Pliniũ. Inuenies & adiectiue usurpata,ut caprigenum pecus apud Poëtam. Verbigenam pro Christo, Ecclesiastici scriptores ratione significationis mascul.uolunt. Senex in fœminino Varro dixit: Et tua amica senex. Vt & Stat. Hostem occupat amplexam. Loquitur enim de Gorge uxore Helemi. Apuleius: Visa quadam honesta iuuene. Testis apud Horatium neut.adhæret: Testis Metaurũ flumen. Sic diuus Hieron. Testis tribunal illud,testis triste iudicium. Affinis,ut etiã

confinis

confinis adiectiua sunt. In dictione perduellis, uides iniquitate syllabæ τμῆσιν esse cōmissam.

SECVNDA REGVLA SPECIALIS.

Nomen crescentis penultima si genitiui
Syllaba acuta sonat, uelut hęc pietas pietatis,
Virtus uirtutis monstrant, genus est muliebre.

Erit & hic quoque exercitationi locus, si summatim huius etiā ordinis terminatiōes ꝑcurreris, qualia sunt multa.

In
- o, ut lectio, regio.
- as, ut maiestas, pietas.
- es, ut facies, acies.
- ans, ut iuglans, animans.
- ens, ut continens. Possunt tamen hæc duo posteriora adiectiua esse.
- er, ut mulier.
- or, ut soror.
- ax, ut fornax.
- ex, ut uibex.
- ix, ut lodix. Licet Asinius, teste Fabio, hos lodices (dixerit.
- ox, ut celox.
- anx, ut phalanx, bilanx.
- ors, ut cohors. & quæ sunt huius generis.

Obseruabis præterea monosyllaba omnia, præter Vis, in hanc classem redigi oportere; ut sunt

Gens	Lens	Nox	Vox
Dos	Glos	Nux	Lux
Lis	Glis	Arx	Merx
Lanx	Glans	Vrbs	Scobs
Fraus	Laus	Daps	Stips
Mors	Sors	Ars	Pars

Trabs	Plebs	Faux	Falx
Pax	Fax	σφίγξ	σύξ
Lex	Nex	Frons, tis, & dis	
Nix	Pix	Puls. & his similia,	

Præter pauca, quæ infrà excepta comperies.

Mascula dicuntur monosyllaba nomina quædã,
Sal, sol, ren, et splen, car, ser, uir, uas uadis, as, mas
Bes, cres, pres, & pes, glis gliris, habens gtõ,
Mos, flos, ros, & tros, mus, dens, mons, pons, simul & fons,
Seps pro serpente, gryps, thrax, rex, grex gregis, & phryx.

Sal, ut est autor Priscianus, uetustissimi in neutro genere usurparunt, quos quidam etiam hodie malunt sequi, quàm Latinioris seculi consuetudinem: Cuiusmodi sunt isti, qui nullis grammaticorũ clamoribus adigi possunt, quo minus ceu grande piaculum abhorreant, quoties Salem infatuatum, salem appositũ, aut aliquid tale audiuerint: Homines nimirum modesti, utpote qui malunt sua quàm aliena insania frui. Digni profectò qui glandes perpetuò rodant, quũ frugibus inuentis uti fastidiant: nec alio cibo quàm betis uescantur, donec salem dextere tractare assueuerint.

Vas uadis.] ad discrimen dictum est, quũ uas uasis, neut. sit, ut infrà uidebis.] Vt & glis gliris.] Nam glis glissis, & glitis, fœminina esse uolunt grãmatici, quas uoces apud alios autores non memini me legisse. Sic seps pro serpente.] Plinius sepam fœminino uocat. Lucanus: Vulnificus seps. quod alioqui fœmininum erit. Sunt qui istis Lar subijciunt. Lar tamen apud Ouid. in Fastis, nymphæ nomen est, cuius filij gemini. Lares etiam appellantur, dij urbis & ædium tutelares: quo fit ut Lar non raro pro ædibus

per

per μετωνυμίαν inueniatur. Ouidius:

Forsitan à laribus patrijs exire pigebit,
Sed tamen exibis deinde redire uoles.
Nec te lar patrius, sed amor reuocabit amicæ,
Prætendens culpæ splendida uerba tuæ.

Plautus pedem in fœminino protulit, sed prisce: quemadmodum & Lucret. buceriæ greges.

Mascula sunt etiã polysyllaba in n, ut Acarnan,
Lichen, & delphin. Et in o signantia corpus,
Vt leo, curculio, sic senio, ternio, sermo.

In n, ut lien. Cætera græca sunt, ut πιτὰν, παιὰν, ἑλικὼν, ἀγὼν, αἰών. Siquidem ren & splen suprà inter monosyllaba referebantur. λειχὴν, ut inquit Dioscor. βρύον δὲ προσεχόμενον ταῖς ἐνύδροις πέτραις, καὶ λειχῆνας θεραπεύει. una uidelicet uoce & malum & remedium significante, id est muscum herbam & impetiginem.

In o signantia corpus, &c.] Cuius generis innumera sunt penè:

Stellio	Ligo	Nebulo	Nugo	Prędo
Papilio	Latro	Strabo	Ganeo.	Temo
Pugio	Titio	Helluo	Spado	Pero
Congerro	Pauo	Mango	Epulo	Pręco
Ardelio	Pellio	Harpago	Arrhabo	Aleo
Comedo	Carbo	Agaso	Capo	Ambulo
Scipio	Cento	Bibo	Lurco	Funambulo
Leno	Cerdo	Vdo	Equiso	Antambulo

Et unio pro margarita: Nam in alio significatu, apud probatos scriptores nõ leges, ne tibi imponãt grãmatici. Istis Valla etiã Talionẽ adiũgit, sed hallucinatus, ꝙd perlegenti primũ cap. xx. lib. noct. Attic. apud Gell. satis ꝑspicuũ erit. Sũt ex hoc numero & gręca quędã, quæ fœmininũ respondens habent, ut

δράκων	δράκαινα	Draco	Dracæna
λέων	λέαινα	Leo	Leæna
λάκων	λάκαινα	Laco	Lacæna.

Vt ex latinis Caupo caupona.

Hæc & his similia uelim subinde pueris inculcanda, donec suboleant quæ hoc loco corpus significare dicantur.

Mascula in er, or, & os, ceu crater, cõditor, heros
Sic torrens, nefrens, oriens, cũ pluribus in dens,
Quale bidens, quãdo pro instrumẽto reperitur.
Adde gigas, elephas, athamas, garamasq; tapesq;
Atq; lebes, cures, magnes, unumq; meridi-
Es, nomen quintæ. & quæ cõponuntur ab asse,
Vt dodrans, semis. Iungant mascula, samnis,
Hydrops, nycticorax, thorax, & mascula ueruex,
Phœnix, et bombyx ꝓ uermiculo. Attamẽ ex his
Sunt muliebre genus, Siren, mulier, soror, uxor.

In er, græca sunt, & per η scribuntur, ut

ὁ σωτήρ	τοῦ σωτῆρος	Hic	Soter.
ὁ χαρακτήρ	τοῦ χαρακτῆρος	Hic	Character.
ὁ κρατήρ	τοῦ κρατῆρος	Hic	Crater.
ὁ στατήρ	τοῦ στατῆρος	Hic	Stater.

Qualia ῥητὴρ καὶ πρηκτὴρ apud Homerum:

Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων.

In or latina sunt, ut dolor, labor, lector, auditor. Et est ubi ῥηματικὰ in sor, quandoquidem fœminina in trix rite non creant, etiam fœmininis subiunguntur. Ouidius:

Sponsor coniugij, stat dea muta sui.

In os, ut lepos, honos, & quo Ennius in fœminino usus est, nepos. Et græca per ω, ut

ἥρως	τοῦ ἥρωος	Hic	Heros herois
ἔρως	ἔρωτος		Eros erôtis
γέλως	γέλωτος		Gelos gelôtis
ὕδρως	ὕδρωτος		Hydros hydrôtis
ῥινόκερως	ῥινοκέρωτος		Rhinoceros, ôtis
αἰγόκερως	αἰγοκέρωτος		Aegoceros, ôtis.

Torrens adiectiuũ est, intelligitur enim amnis. Iuuenalis:

Torrens facundia multis. Vergilius:

Torrentia flumina ripas.

Vt nefrens etiã, subintelligit̃ enim porcellus à lacte iandudum subductus, fabam aut glandem nondum frendens, id frangens, ut est autor Varro.

Cum pluribus in dens, &c.] Vt tridens, occidens, & bidens pro instrumento rustico: nam pro oue bimula, fœmininum est.

Et quæ componunt̃ ab asse, &c.] Primum as continet

uncias	12	Semis	6
Deunx	11	Quincunx	5
Dextans uel decuns	10	Quadrans	4
Dodrans	9	Triens	3
Bes	8	Sextans	2
Septunx	7	Vncia	1

Bombyx pro uermiculo, &c.] Martialis: Bombyx pendulus urget opus. Nam pro uestium materia fœmin. est. unde Plin. Caput habet de Coa bombyce. lib. xi. cap. xxiij. quum de uerme proximo capite egisset. Sed ut βόμβυξ, ita & ὕδρωψ aqua intercus: νυκτικόραξ, ὁ τῆς νυκτὸς κόραξ, Gaza ciconiam uertit: θώραξ, φοῖνιξ, græca sunt, ut & illa præcedentia, γίγας, ἔλεφας, ἄθαμας, γάραμας, τάπης, λέβης, κούρης, quorum numero Grammatici multa alia adglutinant, ignari interdum quid rerum tradant: cuius generis est σπάδιξ. Gellius: Spadica Dorici uocãt auulsum à palma termitem.

cum fructu. ἀρκτοφύλαξ, & similia.

Mulier, penultimam obliquorū suorum corripit, ut est cernere passim apud Comicos. Lilius tamen neotericos se quutus penult. producta, in hanc classem retulit.

NEVTRA.

Sunt neutralia & hęc monosyllaba noīa mel, fel,
Lac, far, uer, cor, æs, uas uasis, os ossis & oris,
Rus, thus, ius, crus, pus. Et in al polysyllaba in arq́;,
Vt capital, laquear. Neutrū halec, & muliebre.

In al polysyll. &c.] Propter sal monosyllabon, cuiusmodi sunt,

Hoc { Animal, Tribunal, Vectigal, Minutal, Puteal, Triental } Bidental, Lupercal, Ceruical Et quibus Plautus utitur, Quadrantal & Bacchanal. & his similia.

In arq́;.] ut

Hoc { Torcular, Exemplar, Lacunar } Lupanar, Columbar, Puluinar, Pugillar, Calcar. Cochlear

Halec in fœminino, apud Martialem:

Cui portat gaudens ancilla paropside rubra
Halecem, sed quam protinus illa uorat.

Vnde halecula ὑποκοριστικὸν apud Columellam.

DVBIA.

Sunt dubia hæc, python, scrobs, serpens, bubo, rudens, grus,
Perdix, linx, limax, stirps, p trūco, pedis et calx,
Adde dies, numero mas tantū rite secundo.

Istorū

Iſtorum exempla habes apud Nonium & Priſcianum. ὁ πύθων, τοῦ πύθωνος, ἀρσενικῶς, Græcis dictio βαρυτόνη eſt: θηλυκῶς δὲ ἡ πυθὼν πυθῶνος ὀξυτόνως. Ouidius: Tumidum πύθωνα ſagittis. Homerus: πυθῶνά τε πετρήεσσαν. Stirps. Vergil. Imo de ſtirpe. Cicero: Per ſtirpes alant ſuas. quum aliud ſignificat fœminini eſt. Calx. Verg.

Quadrupedemq́ꝫ citũ ferrata calce fatigat. Et Perſius: Rigidos calces. Nam pro ſaxo coctili eſt fœminini.

COMMVNIA.

Sunt cõmune parens, autor, infans, adoleſcens,
Dux, illex, hæres, exlex: à fronte creata,
Vt bifrons, cuſtos, bos, fur, ſus, atq; ſacerdos.

Priſcian. adijcit his etiã Latro, quod Græcis ſit ὁ καὶ ἡ ληστής. Apud Latinos tamen in fœminino non opinor legi, ut neq; leo: licet Seruius huc ſpectare putet. Parens, ὁ καὶ ἡ γονεύς. Autor, ὁ καὶ ἡ αὐθέντης. quod etiam cum neut. Lucanus uſurpat: Si cœlo autore recuſas. Et Vergil. Fatis autoribus. Sic Iuuenalis: Saxis cuſtodibus. Ouidius:

Gutturaq́ꝫ imbuerunt infantia lacte canino.

Verg. Ne ſæui magna ſacerdos. Gell. ſacerdotiſtam.

TERTIA & ultima regula ſpecialis.

Nomen, creſcentis penultima ſi genitiui
Sit grauis, ut ſanguis, gtõ ſanguinis, eſt mas.

Hæc claſſis maſcul. eſt, ſicut duæ priores fœmininorum, quod genus ſunt quæ ſequuntur:

In { o, ut ordo, cardo
ul, ut conſul
il, ut mugil, ſtrigil
en, ut tibicen, lyricen
er, ut puer, gener }

In ſr, ut leuir, duumuir
es, ut fomes, limes
is, ut lapis, pollis
ex, ut frutex, remex
ix, ut fornix, μάσιξ
ωρ, ut πατὼρ, δαίμωρ. & cætera id genus.

Fœminei generis ſit hyperdiſſyllabon in do,
Quod dinis: atq; in go, q̊d dat ginis in genitiuo.
Id tibi dulcedo faciens dulcedinis, idq́;
Monſtrat compago compaginis. Adijce uirgo,
Grando, fides, compes, teges, & ſeges, arbor, hyemsq́;,
Sic bacchar, ſindon, gorgon, icon & amazon.
Græcula in as, uel in is græca, ut lampas, iaſpis,
Caſſis, cuſpis: in us uox una pecus, pecudis dans.
His forfex, pellex, carex, ſimulatq; ſuppellex,
Appendix, hiſtrix, coxendix, adde filixq́;.

Υπερδισύλλαβον, quod duas ſyllabas exuperat, ab ὑπὲρ δὶς καὶ συλλαβή. ut excipiant̃ diſſyllaba, ut ordo, cardo, grando, margo, uirgo: quod poſtremũ recentiores cõmunis generis faciunt, Priſcian. fœminini tantum: unde uirguncula ὑποκοριστικόν. Aliquãdo ſexũ ſignificat, ut opponatur puero: quo ſenſu dicta eſt Paſiphaë uirgo à Vergilio, aliquot liberorũ mater. Aliquando conditionem, ut reſpondeat mulieri: atq; in hunc ſenſum accepit Cicero, quum obiurgantibus amicis, quod ſenex uirginẽ duxiſſet, reſponderet, poſtridie illius diei mulierem futurã. Nonius tamen Marcell. ſcribit pueros quoq; Inueſtes apud priſcos uſque ad ephebiam appellari ſolitos, ac tum demũ deuirginatos dici, quũ ex ephebis exceſſerint. Quos forſan imitati ſacri ſcriptores

utriuſq;

utriusq; sexus incorruptos promiscue uirgines appellauere. Grando in masculino usus est Varro, ἐν τῷ πολὺ τῆς ἀρετῆς καὶ φύσεως, grandine implicatus multo. Teges, est rusticum & uile stragulum apud Iuuenal. & Varronem in Re rustica. Hyems, παρὰ τοῦ ὕειν, à pluendo, uel ut Varro putat, ab hiando. Bacchar, Græcis βάκχαρις dicitur. Σινδὼν, γοργὼν, εἰκὼν, ἀμάζων, à suis autoribus petenda sunt.

Græcula in as, &c.] Et hæc etiã à Græcis peti debent.

In as, ut ἡ { μονάς, τριάς, πεντάς, δεκάς } άδος { χιλιάς, μυριάς, ἑβδομάς, λαμπάς } άδος

Et patronymica in ας fœminina, ut

ἡ { ἡλιάς, ἰλιάς, θεσπιάς } άδος ἡ { θεσιάς, θαυματιάς, ἀστερχλάς } άδος

In ις quoque: ut

ἡ { διπλοΐς, ἶρις, τυραννίς, παροψίς } ίδος.

Et patronymica, ut

{ πριαμίς, μυκηνίς, μυγδονίς } ίδος.

NEVTRA.

Est neutrale genus, signans rem non animatam
Nomen in a, ut problema. en, ut omen. ar, ut iubar. ur dans, (his
Vt iecur. us, ut onus. put, ut occiput. Attamen ex
Mascula sunt pecten, furfur. Sũt neutra cadauer,
Verber, iter, suber, pro fungo tuber, & uber,
Gingiber, & laser, cicer, & piper, atq; papauer,
Et siser, atq; siler. Neutra æquor, marmor, adorq;

Atq; pecus, quando pecoris facit in genitiuo.

Illud, signans rem nō animatā, signanter additū est: nam Flamen, sacerdos, quemadmodū & composita à cano, masc. sunt, ut tibicen, tubicē, lyricen, oscen, ut etiā lepus, turtur, uultur. Porrò ligur, augur, & astur cōmunia sunt.

In a, &c.] Hæc græca sunt, & neutri generis omnia, ut

τὸ ποίημα, πρόβλημα, αἴνιγμα, δῶμα, δόγμα — τος.

ὑπόμνημα, παράδειγμα, ἀπόφθεγμα, βάπτισμα, ἄγαλμα — τος. Et id gen⁹ innu(mera.

Veteres hæc iuxta latinam formā declinabant, addita sylla ba tum, ut hoc problematū, hoc poëmatum, quorum datiui & ablatiui plurales adhuc in crebriore sunt usu. Plautus etiam ausus est dicere, Cum uirili schema. Et, Glaucomam ob oculos obijciemus.

In ar.] Vt nectar, ἧπαρ. Ennius iubar in masculino usus est, teste Prisciano.

In ur.] Vt iecur, sulphur, murmur, guttur. Interpres illud Ioānis cap. 7. καὶ γογγυσμὸς πολὺς περὶ αὐτοῦ ἦν ἐν τοῖς ὄχλοις, uerterat, Et erat murmur mult⁹ in turba de eo: genere neutiq; mutato, nō secus q̄ Plaut. gutturē dixit. Vide Marcel.

In us.] Hæc genitiuū in oris mittunt, ut

Hoc Tempus, Corpus, Nemus — oris.

Pecus, Decus, Pectus — oris.

Præter desinentia in lus, dus, nus, quæ eris habent, ut

Hoc Vellus, Fœdus, Vulnus — eris.

Et quædam in cus, ut

Hulcus, Viscus, Acus — eris. ut & glomus, (eris.

Excipe pauca in nus, quæ oris seruant, ut

Hoc

Hoc { Fœnus / Facinus } oris   Penus / Pignus } oris

Iter itineris ab itiner, quo utitur Plautus. & Manilius:

Fecit & ignotis itiner cōmercia terris.

Pro fungo tuber, &c.] Quū pro pomo sit masc. Sueto. Pridie q̃ periret, quū tuberes oblatos seruari iussit. Et Martial. Et uernæ tuberes, quid tibi cum Libycis? Neq; hic uernę fœmininū est à uernus, sed mascul. à uerna, ut sit uernæ tuberes, id est domi meæ nati. Hoc uisum est admonuisse, ne à grammaticis fallaris.

Gingiber & laser, &c.] De his uide Plinium. Ador à grāmaticis inter ἄπτωτα numerāt: licet Ausonius dicat,

Mox ador atq; adoris, de polline pultificum far.

Pecus. Plautus, Plinius et Solinus pecua habent in plurali, quæ uox à pecu uidetur nata.

Istis adijciunt Grammatici, Cancer, pro morbo. Priscian. tamen masc. inserit, testatus apud uetustissimos in neutro inueniri. quo modo & Ouidius quibusdā abuti uidetur, quū ait: Vtq; malum late solet immedicabile cancer.

Mihi tamen adiectiuum Immedicabile, ad malum, non ad cancer, reijciendū uidetur. Addunt uesper, sed usus masculinum fecit. Addunt & ruder. Autores tamen rudus potius quàm ruder agnoscunt. Porrò iuger in casu nominandi nusquam nisi fallor, apud probatos legitur.

Spinter τὸ ἀκροχέριον, fibulam seu armillā significās, ad ἀπτώτων numerum relegandum uidetur.

DVBIA.

Sunt dubij generis cardo, margo, cinis, obex,
Puluis, adeps, forceps, pumex, ramex, anas, imbrex,
Adde culix, natrix, & onyx cū prole, silexq;,
Quāuis hæc melius uult mascula dicier usus.

Tempeſtiue admonuit, hæc melius maribus quàm fœminis adglutinanda, quum pleraq; iſtorum rarius, & uix, niſi apud priſcos in fœminino obſeruantur. Gracchus, ô grata cardo dixit, ſed uſus repudiauit. Iuuenalis: Plena margine. Catullus, Acerba cinis. Plautus, Apud hanc obicem. Propertius, Puluis hetruſca. Varro, adipes illa. quomodo & Celſus non ſemel uſurpat. Ouid. Forcipe curua. Catull. Arida modo pumice expolitũ. Martialis:

Tota tibi ponatur anas, ſed pectore tantum
Et ceruice placet, cætera redde coquo.

Idem autor, penult. genitiui corripit, lib. tertio Epigram. quũ ait: Et anatis habeas uropygiũ macræ. Hoc admonendus eras, ne hic cum uulgo impingas. Plaut. Fregiſti meas imbrices. Idem: Eho tu mihi cana culex. Lucilius: Natricẽ craſſam & capitatam. ὄνυξ ὄνυχος, gemma unguis humani ſpeciem referens. Eſt & uas unguentariũ. Martialis:

Vnguentũ fuerat quod onyx modo parua gerebat.

Vnde σαρδόνυξ, quaſi τῆς σαρδίας ὄνυξ. Perſius:

Et natalitia tandem cum ſardonice albus.

Vergil. Stabat acuta ſilex. Corticem ad iſtorum catalogũ plericq; omnes referunt. Vergilius:

Raptus de ſubere cortex. Idem:
Tum phaëtontiades muſco circũdat amaræ Corticis.

In poſteriori tamẽ exemplo, Linacrus noſter putat eſſe generis γ'ἀλλαγῶ. Cæterum cur turtur huc à Seruio redigatur, nihil cauſæ perſpicio.

COMMVNIA.

Cõmunis generis ſunt iſta, uigil, pugil, exul,
Præſul, homo, nemo, martyr, ligur, augur, & archas,
Antiſtes, miles, pedes, interpres, comes, hoſpes,

Sic

Sic ales, præſes, princeps, auceps, eques, obſes,
Atq; alia à uerbis, quę nomina multa creantur,
Vt coniux, index, uindex, opifex, & aruſpex.

Hoſpes, ſoſpes, & antiſtes, habent etiã fœminina ſeparatim, nempe hoſpita, ſoſpita, antiſtita. Et eſt ubi quædã de hoc grege etiam cum neutris cõmittuntur. Lucanus: Imperiumq; comes. Iuuenal. Depoſitũ tibi ſoſpes erit. Sedulius: Præſule Ligno. Prudentius: Hoſpite aratro.

Atq; alia à uerbis, &c.] Vt artifex, carnifex, aurifex, opifex, et cętera à facio. Pontifex tamẽ, ut opinor, ultra maſc. nõ reperit. Sic municeps, pro quo Græci duas uoces habent, ὁ συμπολίτης καὶ ἡ συμπολίτισσα, municeps & particeps, & cætera à capio. Index ab indicando. Aruſpex, extiſpex apud Varronem à ſpecio. Redux & tradux à duco. Congrex et ſegrex, à congrego & ſegrego, apud Pruden.

Deſes & reſes, & cætera à ſedeo. Præſtes & ſuperſtes à ſto. Quanq; nihil uetat aliquot iſtorũ cum neutris interim admiſceri. Ouid. Poſt mea manſurũ fata ſuperſtes opus.

REGVLA adiectiuorum generalis.

Adiectiua unam duntaxat habentia uocem,
Vt felix, audax, uoce eſt genus omne ſub una.

Ex iſtis quædam ἄπτωτα ſiue ἄκλιτα ſunt. In quo generę numeralia habentur, à quatuor uidelicet ad centum: ut

Decem	Triginta
Viginti	Quadraginta

Nam ultra centum uariantur: ut

Ducenti, tæ, ta	Octingenti, tæ, ta
Sexcenti, tæ, ta	Nongenti tæ, ta.

Mille adiectiuum ἄκλιτον eſt, & pluralis tantum numeri. Subſtantiuũ, in ſingulari ἄκλιτον item: ut, Mille hominum

occiditur, licet antiqui uariarent. Vide Macrob. lib. primo Saturnal. cap. 5. Plural. uariatur, ut millia, millium, millibus &c. Istis cognata sunt & illa, tot, quot, quotquot, aliquot, totidem. Neq; dissimiles obliqui illi, Frugi, nauci, nihili, mancipi, cordi: qui tamen omnibus omniū generum casibus applicātur, ut uir frugi, nauci mancipiū, homo nihili, res mancipi, id est priuata: nuptiæ nō sunt cordi. Est & nequā ἄκλιτον, quod μοχθηρὸν seu ἄσωτον significat, quo sensu & illud dictum est: Nequitia est, quæ te non finit esse senem. Et pręsto item, licet Prisc. aduerbium faciat. Verum hęc heterocliti iuris sunt. Sunt & alia ἄκλιτα, cuiusmodi sunt cōposita à cor, ut cōcors, discors: à corpus, ut bicorpor, tricorpor: à color, ut discolor, multicolor: à sors, ut cōsors, exors. Præterea, qualia sunt

Mordax	Pernix	Amans	Demens
Par	Compar	Sons	Insons
Simplex	Duplex	Memor	Immemor
Solers	Iners	Præceps	Inops
Bipes	Tripes	Vetus	Intercus.

Cicur item, & expes à spero, cuius obliqui desiderantur.

Sub gemina si uoce cadāt, uelut omnis & omne,
Vox cōmune duū prior est, uox altera neutrū.

Huc pauciora pertinent, quod genus sunt, hic & hæc dis & hoc dite, licet alij cōmunis tantum generis faciunt. Valerius Flaccus secundo ἀργοναυτικῶν.

Non populos, non dite solum, nō ulla parenti
Regna peto.

Sic hic & hæc senior et hoc senius, Priscian. tantum mascul. contendit, quum tamen Plin. seniores apes dixerit, & Celsus seniora corpora. Quod idcirco admonui, ne quis statim uelut nimium securus grammaticis quibuslibet omnia credat,

dat,negetq́ latine dici, quicquid apud iſtos uel nō lectum, uel nō receptum compererit. Quod faciunt iſti potiſſimū, qui quod ipſi ex Alexandro ſuo non didicerint, protinus uelut cenſoria uirgula damnāt, & è familia ſubmouent,nouum latinum clamitantes,quicquid ipſi non intellexerint. Quod ſi condonemus,quid quæſo præter unam inſcitiam uſquam reperietur uetus,aut antiquum? Noſtras quoque & ueſtras in hunc ordinem reponito,ſi libet.

At ſi tres uariant uoces,ſacer,ut ſacra,ſacrum,
Vox prima eſt mas,altera fœmina,tertia neutrū.

Horum exempla ſunt huiuſmodi:

Iuſtus	a	um
Tener	a	um
Satur	a	um.

Sunt quæ deficiunt genere,adiectiua notanda,
De quibus atq́ alijs alibi tibi mentio fiet.

Ex hoc loco apparet Lilium de nominibus ἑτεροκλίτοις, aut ſcripſiſſe quæ nondum prodierint, aut habuiſſe in animo ut ſcriberet, morte tamen præuentum non abſoluiſſe. Nam quæ ſub illius nomine de hoc negocio circunferuntur,aut ab ipſo nō ſunt ſcripta,aut certe non in hoc ut ædederentur. Quæ res hanc qualemcunq́ de heteroclitis traditiunculam à nobis penè inuitis extorſit, tum quod ad hanc prouinciam nō ſatis pares uideremur,tum etiam quod moleſtiæ impatientiores,quàm ut horum excutiendorum anxietatem æquo animo ferre potuiſſemus.

Cæterum quæ hoc loco adiectiua ἐλλειπτικὰ uocat, opinor ea eſſe quæ à Grammaticis nunc maſculino,nunc communi generi tribuuntur,ut ſunt gentilia quædam,ut

Aethiops	Arabs
Cappadox	Cilix
Libys	Calybs
Arpinas	Macedo
Aquinas	Brito
Caſſinas	Ligur
Alitrinas. & ſimilia.	

Et alia quædam cōmunia: ut

Diues	Præpes	Celebs	Cliens
Locuples	Hebes	Impos	Compos
Perpes	Teres	Pubis	Impubis
Manſues	Inquies	Degener	Puber
Comis	Tricuſpis	Vber	ὁ καὶ ἡ εὐθαλὴς, καὶ τὸ εὐθαλές.
Pauper	Mulciber		

Plus neutrum eſt ſolummodo in numero priore.

Cætera & cæterum dicimus: maſcul. deſideratur.

Verum quum non pauca huius generis cum neutris etiam coniuncta reperiantur, nihil impedire uideo, quantū ad rationem grammaticam attinebit, quo minus idem in cæteris quoq; ἀναλογία exigat. Siquidem Vergil. Tereti flagello, & Pauperis tuguri, dixit. Ouidius, Diuitis ingenij, & tricuſpite telo. Salluſtius, Inquies ingeniū. Iuuenal. Hebeti ferro. Cicero: Flexus eſt ad iter Arpinas. Lucillius, Oleū Caſſinas. Plin. Priuernatia uina. Legitur & Vbere ſolo. Neq; hoc adeò mirum uideri debet, quando etiam ῥηματικὰ fœminina in trix, à neutris nō omnino abhorreant, ſed aſſumpta uoce neutrali. Lucanus:

Tollite iampridem uictricia tollite ſigna.

Claudian. Victrici cōcepta ſolo. Silius: Victricia bella. Cæterū pueros uelim iterum atq; iterum admonendos, ne grammaticorū τῶν τυχόντων præceptionibus tantū tribuāt, ut autores ad horum præſcripta uelut ad Lesbiam quandā regulam

regulam, perpendendos compellant: id quod superiori seculo ab indoctis quibusdã & quibus χρονίδας φρύγας ἐξ ἐλλήνων ζὼς, apparet factitatũ, dum Plinium, dum Senecam, dum alios huius notæ autores ad suum Alexandrũ, Catholicontem, & alios his etiã indoctiores, uel cohibent, uel relaxant, citius uniuersos Latinæ linguæ proceres conspurcaturi, quã ut uel latum unguem à tantis autoribus audeant dissentire. Hinc tot uitiorũ portenta in optimos quosque autores tam misere passim irrepsere, quibus purgandis ne tota quidem posteritas, etiam si maximis innitatur sudoribus, satis unquã futura est. Adeò huic hominũ generi hactenus quicquid libuit, etiam impune licuit.

Sunt & alia adiectiua, quæ licet trium generum sint, nõ nihil tamen ab his quæ iam dicta sunt, abeunt diuersa, ut

Acer	Alacer	Celer	Volucer
Saluber	Celeber	Paluster	Campester
Equester	Pedester	Syluester	& cætera.

Quæ bifariam declinantur, ut

Hic acer, hæc acris, & hoc acre. Et

Hic & hæc acris, & hoc acre.

Et in cæteris ad hunc modum. Veteres aliquot istorũ etiam fœmininis addiderunt. Næuius:

Fames acer augescit hostibus. Ennius:

Aestatem autumnus sequitur, post acer hyems.

A sequester. Vergilius: Pace sequestra Extulit. Plautus, sequestrum.

DE LATINORVM NOMINVM GENERIBVS FINIS.

ADORSVS de heteroclitis scribere optime Lector, nō citra ærumnosum laborem expertus sum, id q̃uerissimum esse, quod mihi antea uelut procul intuenti nō semel cœperat subolescere, non esse uidelicet in tota grammaticorum repub. prouinciā uel magis ancipitem, uel ęque arduā quàm de heteroclitis præcepta tradere, tum quidem quod inter grāmaticos de nulla re minus conuenire uideam, tum uero quod apud autores ipsos multo aliter reperiantur plurima, quàm à grammaticis nō neotericis tantum, sed & uetustissimis quoq; tradi soleant. Multa enim apud scriptores latinos integra reperire licet, quæ apud grammaticæ professores in heteroclitorū catalogo recensentur. Vnde fit ut nō raro ipsi primarij proceres, atq; ut ita uocitem, αὐτοκράτορες Romani eloquij, grammaticorū legibus præpostere & citra decorū inseruire cogantur, præsertim apud sciolos & literatorum uulgus, qui plerunq; dum τὴν χάρυβδιν ἐκφυγεῖν μάτην μοχθοῦσι, πόνον πονηρὸν αἱρέοντες τῇ σκύλλῃ τὸ λεγόμενον παλιέπιστον, illi misero nō absimiles, qui quondam ut ille ait, ἔτρεχε μὴ βρεχθείη καὶ εἰς βόθρον ἀπεπνίγη. usqueadeò uerū est quod scribit Flaccus:

In culpam ducit culpæ fuga, si caret arte.

Nobis itaq; iudicantibus nihil temere latinæ linguæ uel assuendum uel detrahendum, uisum est ea omnia ab heteroclitis, uel reclamantibus grammaticis, abscecuisse, quæcūq; uspiam apud ullum autorem nō omnino pessimum secus se habere, quàm ab illis sancitum sit, obseruare licuit. Neq; enim æquum esse arbitrati sumus, uoculam quampiam idcirco ad anomalorū gregem relegandā, quod fortasse obsoletior sit, rariusq; inter legendum occurrat: uerum hoc præceptoris officiū esse, ut interim, dum docendi munere fungitur, pueros diligenter admoneat, de usu uel abusu uocabulorum, nec sibi, aut ulli alioqui grammaticorū phas esse

putet,

putet, ut uel apicem summoueat eorum quæ latinis hominibus unquam in usu fuerint. Hæc uolui ut scires candide Lector, ne statim rei nouitate attonitus mirareris, quo consilio in his tractandis ab aliorum uestigijs nonnihil deflexerimus. Quod inuentum nostrum si tibi omnia cum iudicio perpendenti non omnino improbetur, facies sanè quantũ ego uix expectare audeo, & fortasse plus, quàm mereri uidear. At si contrà lapsos alicubi iudicaueris, ut sumus homines, saltem candidi pectoris fuerit τῶν δὲ πρώτων ἁμαρτάνοντι συγγνώμην haud grauatim concedere, ignoscereq; hæc qualiacunq; licuit per ocium, & literarũ tenuitatem, bona fide in communem usum conferentibus, meliora aliquando collaturis, εἴγε θεοί γ' ἐθέλωσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὸν ἔχουσιν. Vale.

THEOGNIS.

Χρὴ μυσῶν θεράποντα καὶ ἄγγελον, εἴ τι περιττὸν
Εἰδείη σοφίης, μὴ φθονερὸν τελέθειν.
Ἀλλὰ τὰ μὲν μῶσθαι, τὰ δὲ δεικνύειν, ἄλλα τε ποιεῖν
Τί σφιν χρήσεται, μοῦνος ἐπιστάμενος.

THOMAE ROBERTSONI

EBORACENSIS DE NOMINIBVS
Heteroclitis opusculum, cum annotatio-
nibus eiusdem.



VAE genus aut flexũ uariant, quæcun-
que nouato
Ritu deficiunt, superant'ue, ἑτερόκλιτα
sunto.

Grammatici ex anomalis alia ἑτερογενῆ faciũt, ut hoc cœlum, hi cœli: hic locus, hæc loca. Alia ἑτερόκλιτα, ut uas uasis, uasa uasorũ. Quædam ἐλλειπτικά, ut natu, sponte. Quædam demum πλεονάζοντα, ut domus, honor & similia: Quę tamen omnia nos una receptaq; uoce ἑτερόκλιτα uocamus, partimusq; in uariantia, defectiua, & redundantia.

VARIANTIA.

Hæc genus ac partim flexum uariantia cernis:
Pergamus infelix urbs Τρώων, pergama gignit.
Quod, nisi plurali careat, facit ipsa suppellex.
Singula fœmineis, neutris, pluralia gaudent.

Erat et alia Pergam⁹ seu Pergamũ regia Attali, patria Galeni medici, unde Pergamena nomen habet. Suppellex Diomedi plurali caret. Et haud scio an suppellectilia alibi quàm apud grãmaticos legantur. Festus suppellectilis in recto casu habet. Istis adduntur à grãmaticis zizania. At sacri scriptores habent etiam zizaniũ, & in plurali zizanias, & zizania. Pascua. Seneca in Thyeste, fatale pascuum dixit. Plural. pascuæ, & pascua. Intubus. Plinius etiam intubum habet. Plural. intubi, & intuba. Romana uox est, autore Galeno. κιχέριον, inquit, τὸ ῥωμαϊστὶ λεγόμενον ἰντυβολάχανον. quare nobis cum u breui, non cum y scriben

ſcribenda eſt. Arbutus, arbor. de quo Horat. Arbutos latentes dixit. Arbutum, fructus. Vergil. Dant arbuta ſyluæ. Altilis. At hoc adiectiuũ eſt, ut illa, raſilis, futilis. Hæc ergo abundantia ſunt, non uariantia.

Dat prior his numerus neutrũ genus, alter utrũq;
Raſtrum cum freno, filum ſimulatq; capiſtrum,
Argos itẽ, & cœlũ, ſunt ſingula neutra. Sed audi
Maſcula duntaxat cœlos, uocitabis & argos.
Frena ſed & frenos, quo pacto & cętera formãt.

Ennius & Varro, pro cœlũ, cœlus uſi ſunt, unde & cœlos dictos apparet: Licet Cæſar in libris περὶ ἀναλογίας, plurali carere contendat. Cic. in Epiſt. Ille putabat te quæſiturum, num unũ cœlum eſſet, an innumerabilia. Vbi quid intelligas, tibi perpendendũ relinquo. Eſt & cœlũ, illud ſcalptorium inſtrumentum, pro quo celtes mendoſe legitur Iob. 19. quũ & uetuſtiores codices & emendatiores, certe habeant, non celte: quanquam in hebræo nihil ſit, quod huic uoculæ reſpondeat: ubi ad hũc modũ habet: מִי יִתֵּן
בַּסֵּפֶר וְיֻחָקוּ ׃ בְּעֵט בַּרְזֶל וְעֹפֶרֶת לָעַד בַּצּוּר יֵחָצְבוּן ׃

Plural. cœla. Auſon. Talem fecerũt ferrea cœla deam.

ADDITA AB ALIIS.

Elyſium, quod tamen adiectiuũ eſt. Odyſs. 4.

Ἀλλά σ' ἐς ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς ῥαδάμανθυς.
Τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν.
Οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἂρ χειμὼν πολὺς, οὔτε ποτ' ὄμβρος.

Verg. Quamuis elyſios mireẽ Græcia campos.
Ouid. Elyſiasq; domos. Clauſtrũ, clauſtra apud Verg. Lucanũ & alios legimus: clauſtros nuſquam. Porrum, hic porrus apud Celſum & Palladium.

Nundinum,& hinc epulum:quibus addito bal-
neum. Et hæc sunt
Neutra quidẽ primo,muliebria rite ſecundo.
Balnea plurali,Iuuenalem conſtat habere.

Nundinum in ſingul.rarius eſt,Fabius tamen utitur:Siue trino forte nundino prolongata. Et Liuius,trinundinũ. Epulũ, τὸ περίδειπνον, ſolenne & inſtructius conuiuiũ. Epulæ,quotidianus & parabilis cibus. Balneũ, τὸ βαλανεῖον, Greci παρὰ τὸ ἀποβάλλειν τὰς ἀνίας, ἐτυμολογοῦσι. Quod & Homerus uidetur innuiſſe,ubi ait:

λοῦε δ' ἐκ τρίποδος μεγάλου,
ὄφρά μοι ἐκκάμαтον θυμοφθόρον εἵλετο γυίων.

ADDITA AB ALIIS.

Amygdalum,eſt tamen amygdalus arbor. Columella: Amygdalus parũ ferax. Amygdalũ & amygdala fructus. Plinius,nucleus amygdalæ.Palladius:Græci aſſerunt naſci amygdala. Hiero. In amygdalas deformati ſunt. Delitiũ, Plautus & Solinus delitiam habent.

Hæc maribus dantur ſingularia,plurima neutris.
Mænalus, atq; ſacer mõs Dindim9,Iſmarus atq;
Tartara,Taygetus,ſic Tænara,maſſica,& altus
Gargarus.At numer9genus his dabit alter utrũq;
Sibilus atq; iocus,locus,& Campanus Auern9.

Hæc pleraq; græca ſunt,& proinde à ſua lingua diſcenda,cuius mos eſt & alia nõnulla maſc.& fœmin.in os,plurali neutra proferre:Cuiuſmodi ſunt & hęc quę ſubiecim9:

ὁ { ζυγός, νῶτος, σταθμός, μοχλός }

τὰ { ζυγά, νῶτα, σταθμά, μοχλά }

κύκλος

ὁ	κύκλος χαλινός ἐρετμός λύχνος τράχηλος δίφρος	τὰ	κύκλα χαλινὰ ἐρετμὰ λύχνα τράχηλα δίφρα
ἡ	κέλευθος		κέλευθα.

Leguntur interdum ex hoc numero quędā etiam in singul. neutra, ut τὸ μαίναλον, τὸ ταίναρον. Theocritus: ἐπὶ τόγ' ἀμφιπολᾶς μέγα μαίναλον. Gargarus, Idæ montis cacumen est, ut apud Homerum:

Ἥρη δὲ κραιπνῶς προσεβήσετο γάργαρον ἄκρον
Ἴδης ὑψηλῆς.

Ad cuius radicem sunt Gargara oppidum, de quo Verg.

Et ipsa suas mirantur Gargara messes. Macrob. libro 5. cap. 20. Locus. Plural. locos et loca habet. Sic iocus, iocos & ioca. Sibilus in sacris, sibilos & sibila. Vergilius adiectiue utitur:

Sibila lambebant linguis uibrantibus ora.

Auernus, auernos & auerna, quasi ἄορνος, id est, infestus auibus. Lucretius in sexto:

Principio quod auerna uocantur, nomen id ab re
Impositum, quia sunt auibus contraria cunctis.

ADDITA AB ALIIS.

Cetus, quod Seruius negat inueniri, quū tamen Festus & Manilius habeant. Est & in sacris crebrò. In plurali cetos Ambrosius & alij scriptores. Græci τὸ κῆτος, & in plurali τὰ κήτεα, & κατὰ συναίρεσιν, κήτη. Vnde Plinius hoc cetos dixit: & Vergil. immania cete: & alij cetus & ceti, mutato tamen genere & declinatione: quod & aliâs fieri non raro contingit. Pileus, quo usus est Gellius & Seruius, reclamante Valla, usitatius tamen pileū in neutro. Plural. pilei,

& pilea, pileolus, & pileolum ὑποκορισικά. Carbasus, est & hoc Carbasum, autor Priscian. Supparus. Inuenitur & supparum eodem testante. Balteus. Varro, Liuius Andronic. & Accius διδασκαλικῶν 8. balteum in neutro usurparũt. Plural baltei, & baltea. Infernus. At hoc omnis generis est in utroq; numero. A Valla addit̃ euentus, ab hoc iussu, ab hoc permissu. Plural. euenta, iussa, permissa: quũ tamẽ euentũ, iussum, permissum, apud probatos autores legantur.

DEFECTIVA.

Quæ sequit̃ manca est numero casu'ue propago.

Hoc loco admonẽdi sunt pueri, esse nomina quædã quæ à prima uoce nusquam deflectunt, ut nequam, pręsto, atq; hæc Gręcis ἄπτωτα seu ἄκλιτα uocãtur. Rursum quædam μονόπτωτα, ut natu, promptu. Quędam δίπτωτα, ut fors forte, spontis sponte. τρίπτωτα alia, opis, opem, ope. Alia τετράπτωτα, ut puer, uir, & huiusmodi. Sunt & πεντάπτωτα, ut fagus, populus, & similia. Sunt demum & ἑξάπτωτα, ut totus unus, & alia id genus.

Ἄπτωτα,

Quæ nullum uariant casum, ut fas, nil, nihil, atq;
A tribus ad centum numeri, hæc ἄπτωτα uocabis.

De istis in generib. satis, ni fallor, diximus. Notabis tamẽ & hic esse ex hoc numero nõnulla, quæ utrobiq; p omnes casus uniformiter discurrunt, ut præsto, nequã, frugi, &c. Item illa plural. tot, quot, totidẽ, quatuor, quinq;, & similia. Huc referunt & pondo, quod tamẽ priore numero forsan non carebit, præsertim cum Liuius dicat, Coronam pondo auri. Vnde dipondius. Est & ubi pro pondere simpliciter capitur, apposito saltẽ uocabulo, libra, quo sensu Liuius Libram pondo auri, ait. Alia quædam singul. ἄκλιτα quidem

dem sunt,ut cornu,genu, uerucꝫ. Plural. uero ϛύκλιτα, ut cornua,cornibus: uerua,uerubus:genua,genibus. Sunt rursum quorum usus non nisi in certis quibusdam casibus occurrit,ut fas,nihil,instar,opus,τὸ χρέα,necesse,necessum: hoc specus. A Gausape,Persius,plural.gausapa dixit. Cepe.Est & hęc cepa. Phocas addit Pedum.Huius sortis est & illud plural.Tempe,& quæcūqꝫ istis similia legunt̃. Iupiter & iouis diuersæ uoces erant olim. Addunt grāmatici ganeo,et aleo.At Cicero pro Sextio ganeonem habet. Nec est cur non declinentur,ut cætera id genus.

Μονόπτωτα.

Estqꝫ μονόπτωτον nomen cui uox cadit una,
Ceu noctu,natu,iussu,iniussu,simul astu,
Promptu,permissu.Plurali legimus astus.
Sic simul inficias: nam uox ea sola reperta est.

Noctu & diu,sicut interdiu, Seruius aduerbia esse uult. Noctu tamen nomen esse, adiuncta illa quæ legũtur apud Gell.facile uincunt: Noctu concubia,noctu multa,hac noctu. De diu non est perinde paratum exemplum,nisi illud Sallustij aliquid momenti habeat: Diu noctuqꝫ laborare.

ADDITA AB ALIIS.

Viscere. Lucret.Sueton.& Celsus,uiscus uisceris habent. Flamine,pro uento. Auienus flamen habet.Et Cic.in Arato: Inferior paulò est aries,& flamen ad austri.
Obice. Plautus habet obicem. Silius obices. Verg.obicibus.Ouid.obice. Vt obijces & subijces scribant̃,ratio postulat,quũ sint à iacio,non icio. Vide Gell.lib.iiij.cap.xvij.
Macte.At hoc uocatiuum habet plural. Plinius: Macti ingenio cœli interpretes.Lucret.in nominatiuo:Boues male mactæ diffugiũt.Veteres bouem thure aut uino inspersum,mactum appellabant.Liuius aduerbialiter usurpat:Iu

berem, inquit, macte uirtute esse. Plautus item in Milite.

Satias, pro satietate. Pro qua Silius & Gell. saties habent. Lucretius tamen satiatem & satiate usus est.

Διπτῶτα.

Sunt διπτῶτα, quibus duplex flexura remansit,
Vt fors forte dabit sexto, spontis quoq; sponte.
Sic plus pluris habet, repetundarū repetundis.
Iugeris, & sexto dat iugere. Verberis autem
Verbere. Suppetiæ quarto q̊q; suppetias dant.
Tantundem dat tantidem. Simul impetis hoc dat
Impete. Iunge uicem sexto uice, nec lego plura.
Verberis, atq; uicem, sic plus cum iugere, cūctos
Quatuor hæc numero casus tenuere secundo.

Spontis, apud Varronem, Columell. & Celsum et Gell. legitur. Iugeris, apud Melam in tertio. Iugere apud Tibullum: Et multo innumeram iugere pascit ouem. Huius nominatiuū singul. Priscian. iugus facit, quod tamē nusquā legitur. A t iugerū, iugeri, in singul. integra uox est, cuius plural. rarius legitur, licet Varro utatur. In Hispania, inquit, ulteriore metiuntur iugeris. Impetis, apud Siliū. Impete passim à nominatiuo impes ἀχρήστῳ, ut Prisciano uidetur. Verberis apud Lucan. Suppetiæ apud Plautū in Amphit. & Epidico. Vicem & uice legimus: uicis & uici, ut nec genitiuū pluralem, quas uoces addunt grammatici, non memini me legisse: Tu si apud probatum quempiam deprehenderis, ne dubita usurpare.

ADDITA AB ALIIS.

Lues, luem. quæ uox cur reliquis casibus singul. saltem careat, nihil prorsus uideo. Dica, dicam. δίκη Græcis causam seu iudiciū significat: Neq; continuò ἐλλειπτικὸν statuen-

dum,

dum, si fortè Latinis per omnes casus in usu non sit. Hanc Hesiod. deam facit, uirginē & Iouis filiā. Ait enim ἐν ἔργοις,

ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ δίκη, διὸς ἐκγεγαυῖα,
κυδνή τ' αἰδοίη τε θεοῖς οἳ ὄλυμπον ἔχουσιν.
καί ῥ' ὁπότ' ἄν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων
αὐτίκα πὰρ διῒ πατρὶ καθεζομένη κρονίωνι
γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον, ὄφρ' ἀποτίσῃ
δῆμος ἀτασθαλίας βασιλήων. οἳ λυγρὰ νοεῦντες
ἄλλῃ παρκλίνουσι δίκας, σκολιῶς ἐνέποντες.

Hanc uirginem atq; εὐνομίαν Demosthenes iudiciorū praesides cōstituit. Tabi, tabo. Quintil. Expressum dentibus tabum. Laterem, latere. Nominatiuus tamēn later est apud Vitruuiū & Varronem, in ἑκατόμβη, πρὸ θυσιῶν.

Τρίπτωτα.

Treis quibus inflectis casus τρίπτωτα uocantur,
Vt precis atq; precē, petit et prece blādus amicā.
Sic opis est nostrae, fer opē, legis atq; ope dign⁹.
At tantum recto frugis caret, & ditionis.
Integra uox uis est, nisi desit fortè datiuus.
Omībus his mutilus numer⁹ prior, integer alter.

Vis in gignendi casu apud Tacitum: ut, Plus uis habeat q̄ sanguinis. In accusatiuo plurali apud Lucret. pro uires.

Sed q̄ multarum rerum uis possidet in se
Atque potestates.

ADDITA AB ALIIS.

Frondis. Verg. frons tenera dixit, & Varro in Re rustica. Dapis. Daps apud Liuiū & Catonem in Re rust. Remigis. Quintus Curtius & Propert. remex habent. Necis. Est tamen nex non semel apud Ciceronem, Quintilianum & alios.

Quæ referūt, ut qui: quę percontant̄, ut ecquis.
Et quæ distribuūt, ut nullus, neuter & omnis.
Infinita solent his iungi, ut quilibet, alter.
Quinto hæc sæpe carēt casu, & pronoīa, prẹter
Quatuor hęc infrà, noster, nostras, meus, et tu.

Hæc omnia uocatiuis carere, grāmatici cōiuratim & uelut publico edicto præcipiunt: nos tamē rem utcunq; temperare cogebamur, propter aliquot autorū loca, ubi istiusmodi uoces etiam uocatiuum interdum admittere uidentur, ut in illo Ouidiano:

Ipsaq; tu tellus, ipsum cum fluctibus æquor,
Ipse meas æther accipe summe preces. Verg.
Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor. Cicero:
O nox illa quæ tenebras attulisti. Tibullus:
Idem si fas est, mos precor ille redi. Est & caput apud Vallam, quo docet pronomen suus etiam uocandi casum admittere: ut, Cæsarem defendite, ô sui milites. Socratem tuemini ô sui ciues.

Propria cuncta notes, quibus est natura coërcens
Plurima ne fuerint, ut Mars, Cato, Gallia, Roma,
Ida, Tagus, Lelaps, Pernasus, Bucephalusq;.
His frumenta dabis, pensa, herbas, uda, metalla,
In quibus, autorū quæ sint placita, ipse requiras.
Est ubi pluralem retinent hæc, est ubi nolunt.

Propria deorum, uirorum, regionū, urbium, syluarum, amnium, canum, montiū, equorum, &c. ex natura sua plurali carere debent: quamuis usus, quem penes arbitriū est, & ius, & norma loquendi, nō raro diuersum doceat. Porrò Thebas, Athenas, Mycenas, Gades, Veios & huiusmo

di,

di,uix aliter quàm pluralia deprehendes. Cicero,Tres Io-
ues & quatuor Veneres. Vergilius:

Extulit hic Fabios,Decios,fortesq́ Camillos.

Lucanus: Ad Cumas,Mariosq́ uenis. Sed horum exem-
pla nusquam non occurrunt. De montibus,ut Mænala
transieram. De metallis,ut ęra,electra,orichalca. De fru
mentis,ut ordea,fabas,lupinos, auenas. De humidis,ut
uina,defruta,musta,mella. De herbis,ut lilia,rosas,rutas,
crocos,genistas. De pensis,ut balsama,opobalsama.&c.
Proinde hæc ex doctorũ lectione certius quàm à gramma-
ticorum præceptis,haberi possunt.

Ordea,farra,forũ,mel,mulsum,defruta,thusq́,
Tres tantũ similes uoces pluralia seruant.

ADDITA AB ALIIS.

Aes.Cato,ærum & æribus usurpat. Os.Verg. nõ semel
oribus habet,ut & Cicer. Plinius item orium uitia scripsit.
Rus.Plinius in Epist.ruribus utitur. Ius.Plautus omniũ
legũ aciurium fictor. Mare. Ex hoc Cęsar quinto Com.
maribus dixit. Et Næuius marum pro marium συγκοπὴν,
autore Prisciano.

Hesperus & uesper,pontus,limusq́,fimusq́,
Sic penus,& sanguis. Sic æther,nemo,sed ista,
Mascula sunt,numerũ uix excedentia primum.

Interpres in sacris illud Psal. אִישׁ דָמִים quod septuagin-
ta ἄνδρα αἱμάτων,& illud Euangelij, ἐξ αἱμάτων, uirũ sangui-
num,& ex sanguinibus reddidit,sed fidelius q̃ latinius.

ADDITA AB ALIIS.

In primis elementorum nomina,plurali carere uolunt.Cæ-
terum terras,aquas,ignes, nusquam non leges:aëres uero
rarius:licet Lucret.in quinto habeat:

Aeribus posse alternis ex partibus ire.
Fumus. quũ tamen Martialis, uendere fumos dixit. Et Ouidius, amaris fumis: ut & alij passim. Mundus. Plin. alios mundos. Sol. Poëtæ, solibus & soles. Sal. Columella, sales & salibus. Lucan. Aequoreosq; sales. Ros. Verg. rores. Columell. & Plin. roribus. Carcer. Seneca, plenos carceres. Firmicus, carcerũ squaloribus. Puluis. Horat. pulueres. Geminus. At huius plural. utitur Cic. in natura deorũ. Vncus. Prudent. uncis. Lucan. uncos.

Singula fœminei generis, pluralia raro,
Pubes, atq; salus: sic talio, cum indole tussis,
Pix, humus, atq; lues, sitis & fuga, iunge quietem.
Sic cholera atq; fames, bilisq;, senecta, iuuentus.
Sed tamen hæc, soboles, labes, ut & om̃ia quintæ,
Treis similes casus plurali sæpe tenebunt.
Excipe res, species, facies, aciesq; diesq;,
Quas uoces numero totas licet esse secundo.
Istis multa solent muliebria nectere, ut hæc sunt,
Stultitia, inuidia, & sapientia, desidia, atq;
Id genus innumeræ uoces, quas lectio præbet,
Quam tibi præfixam, ceu certum collige filum.
Rarius his numerũ quandoq; sed adde secundũ.

Interpres illud Regũ 2. cap. 22. מִגְדּוֹל יְשׁוּעוֹת מַלְכּוֹ: quod & Psalm. 17. repetitur, uerterat: Magnificans salutes regis: ut et Septuaginta, μεγαλύνων τὰς σωτηρίας τοῦ βασιλέως. Quem audent quidam sequi, sed citra ueterum exemplum ni fallor. Equidem ut Latinorũ linguæ nihil, quod sciam illis in usu fuisse, adimere ausim, ita citra necessitatem libens nõ fuerim illius augendæ autor, ne si quando huic licentiæ

fenestram aperiri sinamus, fiat, ut rursum in antiquū chaos, atque adeò cuiusdam confusanei sermonis Babel recidamus: quæ res proximo seculo quicquid erat usquam politioris literaturæ non extinxit modò, sed planè obruit & sepeliuit: dum scholasticis doctoribus pro ludo fuerat, portentosas quasdam uoces, nulliꝗ unquā genti agnitas, sibi pro commodo suo effingere, nouamꝗ uelut linguam cudere: non alio nomine, ut est uerisimile, ꝙ ut dum à nullis intelligerent, omnibus id quod uerè sunt, subtilissimi haberentur. Soboles. Huius nominatiuus plur. legit apud Columell. Labes. In accusandi casu plural. Cic. & Gell. usurpant. Cato facierū dixit. Seruius aciebus. Apuleius specierū. At Cicero in Topicis specierum et speciebus formidat uti, dum ἰδέας formas potius quàm species latine uertendas arbitratur. Sidonius, spebus utitur, sed noue.

ADDITA AE ALIIS.

Fama. Plautus, maledicas famas. Vita. uitas Terentius, & Vergilius, & alij. Gloria. Gellius, glorias & gloriarum et alij. Gaza. Lucan. Eoas gazas. Seneca, gazis. Arena. Lucan. Diras arenas & arenis. Gellius, arenarū. Cæsar plurali carere contendit, sed frustra. Mors. Seneca, mortium signa. Cicero, mortes, & alij. Pax. Sallust. et Hora. paces Plaut. pacibus. Lux. Lucret. Almis nocturnas exæquāt lucibus umbras. Ouid. Perꝗ nouem luces. Pituita. Plin. pituitas. Proles. Martianus Capell. prolum & prolibus. Plebs. Prudentius, plebium.

Nec licet his neutris, numerū deferre secundū.
Quale salum, senium, letum, cœnumꝗ, geluꝗ
Sic barathrum, uirus, uitrū, uiscumꝗ, penumꝗ,
Iustitium, nihilum, uer, uas, gluten, simul halec,
Adde iubar, soliū, Sed longū est cuncta referre

Quæ tibi, si obserues, occurrent multa legenti.
Lectio certa docet, uariat lex grammaticorũ.

Vas, istis inseruimus, quod uasa uasorum nõ à uas uasis, sed potius à uasum uasi, propagari rati simus, id quod ἀναλογία facile docet. Porrò uasum in singul. Cato apud Gellium, Plautus in Truculento, & Lucretius usi sunt. A solis pro loculo, Plinius plur. Solijs dixit.

ADDITA AB ALIIS.

Aeuum. Ouidius & Plinius ęuis. Fœnum. Apuleius fœna rodebamus. Solum. Vergil. Saturare sola. & Cicero. Spicum. Plural. spica, autore Seruio. Lutum. Cæsar luta, teste Capro. Macellum. Ennius macella, eodem Capro autore. Vulgus. Cicero, Saturnum maxime colunt uulgi. Pelagus. Idem in finibus, pelagis usus est.

Mascula sunt tantum numero contenta secundo,
Manes, maiores, cancelli, liberi, & antes,
Menses profluuium, lemures, fasti, atq; minores,
Cum genus assignant natales, adde penates,
Et loca plurali, quales Gabij́q; Locriq;,
Et quæcunq; legas passim similis rationis.

Apuleius de deo Socratis, lemurẽ & manem habet, ait enim: Hunc uetere lingua latina inuenio lemurem dictitatum. Et alibi: Vtrum lar sit an larua, deum manem uocãt.

ADDITA AB ALIIS.

Carceres, unde emittuntur equi in cursum. Cic. tamen à calce ad carcerem in Catone. Verg. Ouidius et Lucanus carcere. Proceres. Iuuenal. Agnosco procerem. Reliqui casus in singulari desiderantur. Sales, Cicero in hoc sensu sal, salis, & sale crebro utitur, ut etiã alij. Loculi, τὸ μαρσύπιον.

ϖύγιον. Martial. ab hoc, locellus dixit ὑποκοριστικῶς. Fori. Gell. in summo puppis foro, quomodo & Ennius usus est.
Cœlites. Ab hoc Ouid. nō semel cœlite habet in ablatiuo. Superi & inferi. Liuius Andronic. in Odyss.
Inferus an superus tibi fert deus funera Vlysses.
Quirites. Horat. & Lucanus, quiritis. Ouidius quiriti. Iuuenalis & Pers. quiritē. Claudian. quirite. Furfures. Serenus: Additur excussus muca similagine furfur.
Artus. Lucanus: Tūc omnis palpitat artus. Codicilli. Codicillus à codex ὑποριστικόν. Casses. Senec. Trag. A per cū casse uinctus. Vepres. Columella ueprem. Ouid. uepre.
Annales. Gell. aliquoties annalem. Pugillares & hæc pugillaria. Auson. pugillar habet in singul. Interpres illud Lucæ, αἰτήσας πινακίδιον, uertit, postulans pugillare. Sed quàm dextere nescio.
Accedūt huc & illa, optimates, summates, infimates, magnates, primores, quibus tamen nō desunt obliqui singul. Cicer. Homini forti & optimati. Cælius ad eundem: Dum te pudet parum optimatem esse. Silius: Primori marte Saguntum. Nec sunt masc. tantum generis, quum Gell. primori pueritia dicat. Cic. primoribus labris. Plautus, Summates matronas. Tacitus, primoribus fœminis. Politianus, matronæ optimates.

Hæc sunt fœminei generis, numeriq́ue secundi,
Exuuiæ, phaleræ, gratesq́ue, manubiæ, & idus,
Antiæ & induciæ, simul insidiæq́ue, minæq́ue,
Excubiæ, nonæ, nugæ, tricæq́ue, calendæ,
Quisquiliæ, thermæ, cunæ, diræ, exequiæq́ue,
Feriæ & inferiæ, sic primitiæq́ue, plagæq́ue
Retia signantes, ut ualuæ, diuitiæq́ue,

Nuptię, primitię, sic lactes, Thebę & Athenę,
Quod genus inuenias & nomina plura locorum.
Sed satis est paucis prudentes admonuisse.

Phaleras quidã ἀπὸ τοῦ πελάσαι ἄγχι dictas uolunt: Alij à φαλὸν, quod clarũ significat. Ambrosius in sacris excubiã usurpat, ut & Næuius apud Sextũ Pompeiũ quisquiliam, Ouidius, primitium torrem dixit adiectiue, & in singulari.

Lactes à lacte nomen habent, Græci γαλακτίδας uocãt.

ADDITA AB ALIIS.

Sordes. Plautus & Apuleius sordis habent, Tacitus sordem. Scalæ. Huius sing. in sacris & Iurìscon. crebrò legitur. Sallustius tamen non ausus est uti, quum ait: Vbi unæ aut alteræ scalæ comminutæ sunt, &c. Reliquiæ. Apuleius conuerritorem pridianæ reliquiæ. Plautus, reliquia. Præstigiæ. Fabius: Et huius uelut præstigia. Est & hoc pręstigium. Argutiæ. Apuleius argutia utitur. Gell. argutiola. Aedes. Huius sing. utit̃ Plautus in Mustel. Antennæ. Lucanus:

Prouidus antennæ suffixit lintea summa.

Bigæ, trigæ, quadrigæ. Cæsar hæc sing. carere contẽdit: usus contrarium docet. Vide Gell. lib. 19. cap. 8. Copiæ. Verg. & Pompeius Magnus copiam pro exercitu. Cerimoniæ. Cicer. Sueton. Tacitus, Gell. cerimonias. Facetiæ. Gell. adductus facetia sermonis. Fores. Plautus, foris nostra. Ouid. Ad geminæ limina prima foris. Valerius Max. forem apertam. Gingiuæ. Iuuenal. gingiuã. Apuleius gingiuulam. Inimicitię. Cicer. nonnunq̃ inimicitia utitur. Illecebræ. Cicer. Liuius, Plautus, Gell. illecebrã. Latebra. Cicero & Gell. latebram. Literæ pro epistola. Ouidius, Literam in carmine. Neniæ. Quintil. Sueto. Horatius, neniam. Nares. Ouidius, acta retro naris. Persius

ſtus,De nare canina.Lucan.nares aduncæ. Minutiæ.Se nec. minutiā. Apule. minutiem. Offutiæ.Plautus offu- tiam. Sortes.Ouid. Mota dea eſt ſortemq́ dedit. Gra tiæ.Horat.Gratia cum nymphis. Ambages.Plinius,mul tiformi ambage. Alpes.Lucanus, & Claudianus ſingu. uſi ſunt. Salebræ.Valer.Max. Plinius, & Apuleius,ſale bram. Blanditiæ.Cic.ſing. utitur, & alij. Compedes. Iuuenalis & Horatius ſing.habent. Addunt plura grāma tici,ſed quæ iam recitauimus,præcipua ſunt.

Rarius hæc primo plurali neutra leguntur:
Mœnia cum teſquis, præcordia,luſtra ferarum,
Munia,mappalia,& bellaria,caſtraq́ & arma,
Funus iuſta petit,petit & ſponſalia uirgo.
Roſtra diſertus amat, pueriq́ crepundia geſtāt,
Infantesq́ colunt cunabula,conſulit exta
Augur,& abſoluens ſuperis effata recantat.
Feſta deûm poterunt,ceu bacchanalia iungi.
Quod ſi plura leges, licet hac quoq́ claſſe reponas.

Teſqua loca ſunt augurio deſignata, autore Feſto.

Feſtorū uocabula genitiuū plu. partim in orū mittunt,ut

Agonalia	agonaliorum
Saturnalia	ſaturnaliorum
Sponſalia	ſponſaliorum
Vinalia	uinaliorum
Quinquatria	quinquatriorum
Viridia	uiridiorum.

Partim in ium,ut

Floralia	floralium
Liberalia	liberalium
Lucaria	lucarium
Feralia	feralium,

Quædam & in orum & in ium,ut

Parentalia	parentaliorum,uel ium.
Ancilia	anciliorum,uel ium.
Vectigalia	uectigaliorum,uel ium.

Vide Macrob.lib.primo Saturnaliorũ,cap.quarto.

ADDITA AB ALIIS.

Huc in primis adijciunt librorum titulos,ut βουκολικά, γεωργικά, τοπικά, πολιτικά, οἰκονομικά, φυσικά, μουσικά, μαθηματικά, &c. hæc tamen adiectiua sunt, nec sing.carent.

Ilia.Plinius ile habet. Palearia. Seneca Trag. palear. Iuga montis. In hoc sensu Verg. & Tacitus sing.utitur. Carchesia. Macrob.carchesium,lib.Saturnal.5. cap.21. Magalia. Valer.Flaccus secũdo ἀργοναυτικῶν sing.habet. Spolia exuuiæ: spolium Tacitus, Ouidius, Iuuenalis. Classica.Sueto.classicum. Transtra. Persius, in transtro. Aulæa. Apuleius, aulæum tragicum. Liba. Ouidius & Cato libum. Comitia. Cicer. Sueton. Tacitus, Gellius comitium. Pugillaria.Ausonius pugillar. Penetralia. Silius, penetrale parentum. Macrob.penetral lib.7.cap.1.

Ancilia.Ancile Ouid.& Iuuenalis. Bacchanalia. Plautus bacchanal. Ceraunia.At hoc adiectiuũ est. Aeschyl. Βουκολικ ἱερὰν καὶ κεραυνίας πέτρας.

REDVNDANTIA.

Hæc quasi luxuriant,uarias imitantia formas.
Nam genus et uocem uariant,tonitrus tonitruq́;.
Sic clypeus clypeũ,baculus baculũ atq; bacillũ.
Sensus & hoc sensum, tignus tignumq́;. Tapetũ
Atq; tapete tapes,punctus punctumq́;.Sinapi,
Quod genus immutans fertur scelerata sinapis.
Sinus & hoc sinũ uas lactis,mendaq́; mendum.

Viſcus & hoc uiſcū, ſic cornu & flexile cornum.
At Lucanus ait, Cornus tibi cura ſiniſtri.
Euentus ſimul euentum. Sed quid moror iſtis?
Millia doctorum tibi lectio talia præbet.
Sed tibi præterea quædam ſunt græca notanda,
Quæ quarto caſu fœtum peperere latinum.
Nam πανθὴρ πανθῆρα creat, κρατῆρα τε κρατὴρ,
Κασσίδα κασσὶς habet, ſed & αἰθὴρ αἰθέρα fundit.
Hinc cratera uenit, uenit æthera, ſic caput ipſum
Caſſida magna tegit, nec uult panthera domari.

Huius generis ſunt & alia permulta, ut

ὁ στατὴρ	τὸν στατῆρα	hæc ſtatera
ὁ δεκάπους	τὸν δεκάποδα	hæc decempeda
ἡ λαμπὰς	τὴν λαμπάδα	hæc lampada
ἡ σάρξ	τὴν σάρκα	hęc ſarca apud Plau. in
ὁ λέβης	τὸν λέβητα	hæc lebeta. (Amph.

Calepinus atq; alij huius notæ ſcriptores arbitrati ſunt lebes in fœminino reperiri Ezechielis cap. undecimo, ubi legitur: Hæc eſt lebes, nos uero carnes. Sed hallucinātur, quum hæc nō ad lebes, ſed ad uocem præcedentem, uidelicet ciuitate, referri debet. Id quod Septuagin. interpretatio facile conuincit, apud quos ita habes: αὕτη ἐστὶν ὁ λέβης, ἡμεῖς δὲ τὰ κρέα. Hęc libuit admonuiſſe, ut paulatim diſcas, q̃ periculoſum ſit in Muſarum πολιτείᾳ ſequi τυφλὸς ὁδηγὸς καὶ ἑλληνικῶν λόγων ἀπείρους.

Vertitur his rectus, ſenſus manet & genus unū.
Gibbus & hic gibber, cucumis cucumer, ſtipis & ſtips.
Sic cinis atq; ciner, uomis uomer, ſcobis & ſcobs.

Puluis item puluer, pubis puber. Quibus addes
Quę pariũt or et os, honor et labor, arbor odorq́,
His & apes & apis, plebs plebes. Sunt q̃q́ multa
Accepta à Græcis, geminam referentia formam,
Vt δελφὶν delphinus, & hic ἐλέφας elephantus.
Sic γόγγρος gonger, μελέαγρος sic meleager,
τεῦκρος item teucer. Dabis huc & cætera cuncta,
Quæ tibi par ratio dederint & lectio casta.

Istis similia sunt & alia nonnulla, ut

ὁ ἄβαξ	τοῦ ἄβακος	hic abacus
ὁ τιτάν	τοῦ τιτᾶνος	hic Titanus apud Plau.

Nam quæ Græci per ρος, præcedente consonãte, efferunt, nos in er uertimus, ut

ἀλέξανδρος	Alexander
μένανδρος	Menander
εὔανδρος	Euander
ἄγρος	ager.

Hæc simul & quarti flexus sunt atq́ secundi.
Laurus enim lauri facit & laurus genitiuo.
Sic quercus, pinus, pro fructu & arbore ficus.
His colus atq́ penus, cornus quãdo arbor habet.
Sic lacus atq́ domus, licet hæc nec ubiq́ rñdet.
His q̃q́ plura leges, quæ priscis fortè relinquas.

Dome & domis, uoces sunt inauditæ. Plautus in Milite, ex hac domu ausus est dicere, sed usus abdicauit. Prisca uocò cuiusmodi sunt illa apud Terent. Nihil tumulti, nihil ornati. Et illud Plauti: Lectus concaluit locus, pro lecti. Item illud: Eius anuis causa. Addunt hoc loco quidam, propria quædã assumpta à Græcis, quæ geniti. in is uel tis mittũt, ut

Χρέμης

χρέμης	τοῦ χρέμου καὶ χρέμητος.
Chremes	Chremis & Chremetis.
λάχης	τοῦ λάχου καὶ λάχητος.
Laches	Lachis & Lachetis.
γύγης	τοῦ γύγου καὶ γύγητος.
Gyges	gygis & gygetis.
θάλης	τοῦ θάλου καὶ θάλητος.
Thales	Thalis Thaletis.
δάρης	τοῦ δάρου καὶ δάρητος.
Dares	Daris uel Daræ Daretis.
πόλης	τοῦ πολοῦ καὶ πόλητος.
Poles	Polis & Poletis, atq; id genus sexcẽta.

Sed grece callentibus satis est locum indicasse, cęteris uelut surdis fabula canitur.

Et quæ luxuriant sunt adiectiua notanda
Multa. Sed in primis q̃t & hæc tibi noĩa fundũt,
Arma, iugũ, neruus, somnus, cliuusq;, animusq;,
Et quot limus habet, quot frenũ, et cera, bacillum.
A quibus us simul is formes, ut inermus inermis.
Rarior ast hilarus, uox est hilaris bene nota.

Atq; hæc paucula habui, quæ mihi hoc tempore de Heteroclitis scribenda uidebantur: quibus contentos fore opinor illos, qui recte prospexerint, tum potius puerorum ingenijs consultum iri, quoties superflua καὶ τὰ πάρεργα resecantur, quàm quãdo ad illas cruces, quas ex sese satis molestas habet grãmatica etiam quantumlibet sobrie tractata, accumulantur, πάντα ἐκεῖνα τῶν γραμματικῶν ὑπνηνίμια ὄνειρα & ἵππων σκιαί. Quæ sæpenumero præter tædiũ & irreuocabilem optimæ ætatis iacturã, nihil penitus momenti afferũt.

GVLIELMI LILII DE SIMPLICIVM VERBORVM PRAETERITIS, cum annotationibus THOMAE ROBERTSONI Eboracensis.

PRIMA CONIVGATIO.



AS in pręsenti perfectum format in aui,
Vt no nas naui, uocito uocitas uocitaui.
Demo, lauo laui, iuuo iuui, nexóque nexui.
Et seco, quod secui: neco, q̊d necui: mico uerbũ
Quod micui: plico, q̊d plicui: frico, q̊d fricui dat.
Sic domo, q̊d domui: tono, q̊d tonui: sono uerbũ,
Quod sonui: crepo, q̊d crepui: ueto, q̊d uetui dat.
Atq; cubo cubui. Raro hęc formantur in aui.

Quædam istorum interdum etiam in tertiam cõiugationem migrant, ut lauo lauis apud Verg. Horatium, Plautũ. Addunt & nexo nexis. Sed in his coniugatio mutata, significatum nihil mutat, id quod in sequentibus factum uides.

Mando	as	ἐντέλλομαι.	Mando	is	μασσάομαι
Fundo	as	θεμελιόω.	Fundo	is	ἐγχέω
Obsero	as	περιβάλλω τὸν μόχλον.	Obsero	is	περισπείρω
Appello	as	προσαγορεύω.	Appello	is	προσάγω
Volo	as	πέτομαι.	Volo	uis	βούλομαι.
Consternor	aris	καταπλήττομαι.			
Consternor	eris	καταστρώννυμαι.			

Porrò dico as, & dico dicis: lego legas, & lego legis, temporis ratione discernuntur.

Raro hæc formantur in aui.] A mico, dimico, dimicaui facit. Ouid. etiam dimicui. A crepo, Cicer. discrepaui. Plaut. increpaui. A sono, personauit Apuleius, resonauit Ma

uit Manilius. Idem à iuuo, iuuauit usus est. In sacris à cubo, cubauit legit. Apuleius, supercubasse. Florus à domo domauerunt. Persius à ueto, uetauit. Deniq; plicaui, & necaui, in compositis sunt creberrima.

Memineris hoc loco, quod etiã à Valla est obseruatum, à uerbis suprà memoratis, etsi itum in supino formant, nomina tamen, quæ Græci ῥηματικὰ uocant, in atio ἀναλογικῶς creari, ut

Vetitum, uetatio, uetitus particip. & uetatus apud Papin.
Cubitum, cubatio.
Domitum, domatio, domitor & domator apud Tibull.
Sonitum, sonatio, sonitus nomen, & sonaturus participiũ apud Horatium.
Tonitum, tonatio apud Senecam, sed tamen προσπιπλήξαντα τῇ ὑπερβολῇ, quod in durioribus fieri monet Fabius.
Tonitus nomen, & intonatus participium apud Horatiũ.
Frictum, fricatio, & frictio apud Celsum. Frictus & fricatus apud Plinium & Celsum.
Sectum, sectio, & interdum secatio, sectus participium & præsecatus apud Apuleium.
Iutum, iuuatio, & adiutor, & iuuaturus participium apud Sallustium.
De compositis à do & sto, in tertia dicetur.

SECVNDA CONIVGATIO.

Es in præsenti, perfectum format ui dans,
Vt nigreo nigres nigrui, iubeo excipe iussi.
Sorbeo sorbui habet, sorpsi quoq;. Mulceo mulsi.
Luceo uult luxi, sedeo sedi, uideoq;
Vult uidi, sed prandeo prandi, strideo stridi.

Huius coniugationis peculiaris χαρακτὴρ est eo, ut doceo, uideo, doleo: præter

Beo,as	Meo,as	Primæ coniugationis.
Laqueo,as	Screo,as	
Nauſeo,as	Creo,as	
Enucleo,as	Calceo,as,	

Item eo & queo cum compoſitis, ut

Nequeo,is	Redeo,is	Quartæ.
Abeo,is	Pereo,is.	

Sorbeo. Cice. Sanguinem ciuilem exorbuit. A mulceo, Salluſtius & Gellius permulcti dixerunt, κατ' ἀναλογίαν à præterito mulxi ἀγχύσῳ. Prandeo. Plautus: Prandi, potaui, ſcortum accubui. Strideo, remota e litera, in tertium tranſit ordinem & illa, Tergeo, ferueo, fulgeo, caueo, ualeo, & alia quædam his ſimilia.

Quatuor his infra geminatur ſyllaba prima.
Pendeo nanque pependi, mordeo uultque momordi,
Suadeo ſuaſi, rideo riſi, habet ardeo & arſi.

Fecerant & hæc olim memordi, ſpeſpondi, ſicut & alia complura, quam formam priſci illi Latini à Græcis acceperunt, qui à uerbis à conſonante exorſis præteritum una à fronte ſyllaba auctum proferunt, ut à

γράφω, γέγραφα. λαλῶ, λελάληκα.
λέγω, λέλεχα. πονῶ, πεπόνηκα.

De qua re caput habes apud Gellium lib. 7. cap. 9.

L uel r ante geo ſi ſtet, geo uertitur in ſi:
Vrgeo ut urſi, mulgeo mulſi, dat quoque mulxi.
Frigeo frixi, lugeo luxi: habet augeo & auxi.
Dat fleo fles fleui, leo les leui, indeque natum
Deleo deleui, pleo ples pleui, neo neui.
A maneo manſi formatur, torqueo torſi.

Hæreo

Hæreo uult hæsi. Veo fit ui, ut ferueo ferui.
Niueo, & inde satum poscit conniueo, niui
Et nixi. Iunge his cieo ciui, uieoq; uieui.

Ab urgeo, ursit usus est Cicero. Vrsus Liuius Andron. A turgeo, Enni. turserat. Lucillius obtursi. Leo & pleo, quod a πλῶ quidam acciri uolunt, non nisi composita usum habent, ut deleo, compleo, expleo: ut etiam illa,

Fendo	Defendo	Pedio	Impedio
Cumbo	Accumbo	Mendo	Emendo
Cendo	Incendo	Buo	Imbuo
Perior	Experior.	Et huiusmodi.	

Ab hæreo hæsus, cohęsus & adhæsus leguntur.

Veo fit ui.] Vt ferueo: unde feruesco. Est et ferbeo, quod ferbui facit. Vnde & ferbesco, autore Prisciano.
Huc pertinent illa,

Moneo	Foueo	Flaueo	Faueo
Paueo	Caueo	Voueo	Liueo, & similia.

Conniueo. Turpilius, citante Prisciano: Dum ego connixi somno. Crassus, in Iliade: Nam cõniui ego oculis. Cieo. Vergil. Bella cient. Est & cio quartæ. Pruden. Iesum ciamus uocibus. quo & Plinius etiam sępe utitur: ut, Aluũ cit, urinã cit. Atq; huius cõposita sunt crebriora, ut accio, concio, &c. Vieo. Vnde uietus, cuius penultimã Horatius breuem facit:

Qui sudor est uietis, & q̃ malus undiq; membris
Crescit odor.

Lucretius longam:

Nec supra caput eiusdem cecidisse uietam
Vestem, nec plumas auium, papposq; uolantes.

Sunt qui istis adscribunt obsoleta illa; Rugeo, ruxi;

unde ructo, manare uolũt. Et fugeo fuxi. Vnde Plautus exugebo dixit. Nos tamẽ fugo & exugo per tertiã utimur.

TERTIA CONIVGATIO.

Huius cõiugationis nullus certus est χαρακτὴρ, nisi quod tot habeat terminationes, quot possunt à Latinis exprimi, præter eo, quam secundæ cõiugationi peculiariter tribuimus. Nam quæ in φω, κω, ζω, αω, οω, νω, αυω, εύω definũt, græca sunt, non latina, ut

γράφω	πλέκω	βαπτίζω
βοάω	χρυσόω	κωλύω
πταύω	ῥητορεύω	βασιλεύω.

BO Bo fit bi, ut lambo lambi. Scribo excipe scripsi,
Et nubo nupsi: antiquum cumbo cubui dat.

Interpres in sacris non semel pro lambi, lambui usurpauit, sed sine exemplo, ni fallor. Huic similia sunt illa, bibo, scabo, glubo.

CO Co fit ci, ut uinco uici, uult parco peperci,
Et parsi. Dico dixi, duco quoq; duxi.

Parco olim parciui fecerat. Næuius apud Marcellum: Nemo parciuit suo labori.

DO Do fit di, ut mando mandi. Sed scindi scidi dat.
Findo fidi, fundo fudi, tundo tutudiq;,
Pendo pependi, tendo tetendi, pedo pepedi.
Iunge cado cecidi, & pro uerbero cedo cecidi.
Cedo pro discedere, siue locum dare, cessi.
Vado, rado, lædo, ludo, diuido, trudo,
Claudo, plaudo, rodo: ex do semper faciunt si.

GO Go fit xi, ut iungo iunxi. Sed r ante go uult si,
Vt spargo sparsi, lego legi, & ago facit egi.

Dic

Dic tango tetigi, pungo punxi pupugiq́;.
Dat frango fregi, quum signat pango pacisci,
Vult pepigi, pro iungo pegi, pro cano panxi.

Pro clanxi, clangui legis Numerorum cap. 10. Pepigi, non à pango, sed à pago deducit Fabius. Quo etiã uerbo usus est is, qui Rhetorica scripsit ad Herenniũ. Pango pro figo à πηγνύω uidetur natum: unde clauum pãgere apud Liuium. Malleolos pangere apud Columellam. Depactam quercum apud Plinium.

Ho fit xi, traho ceu traxi docet, & ueho uexi. HO
Lo fit ui, colo ceu colui. Psallo excipe cum p,
Et sallo sine p. Nam salli format utrunq;.
Dat uello uelli, uulsi quoq;: fallo fefelli.
Cello pro frango ceculi, pello pepuliq́;.

ψάλλω græcum est, nostris tamen non raro usurpatum: Bassus apud Priscianum:

Calliope paucis sapienti psallerat ore.

Sallo idem quod salio, id est sale aspergo. Sallo tamen salli facit, & salsum in supino. Salio saliui & salitum, uerbum quarti ordinis. Sallustius, citante Prisciano, sallerent dixit. Lucilius, Sallere murænas. Celsus, Saliũtur pisces. & illud: Ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ ἐν τίνι ἁλισθήσεται. Quod si sal infatuatus fuerit, quonam salietur? Atq; hæc idcirco adiecimus, quod Diomedes neget, Salio in hoc significato apud ueteres inueniri. Quamuis idem salleo es, secundę, olim in usu fuisse sit autor. Cello à κέλλω, nobis simplex in usu non est. Vnde percello perculi, & perculsi. Ouidius:

Perculit indignos claro clangore lacertos.

Terentius: Perculsit illico animũ. Cætera ui faciunt, ut pręcellui, antecellui, excellui, à pręterito cellui; licet Priscianus

hoc ultimum ab excelleo uerbo secundæ coniugationis deduci putet. Ab his excelsum & præcelsum leges, antecelsum uero non memini me legisse.

MO Mo fit uï, uomo ceu uomui. Sed emo facit emi.
Como petit cõpsi, promo prõpsi. Adijce demo,
Quod format dẽpsi, sumo sumpsi, premo pressi.

NO No fit ui, sino ceu siui. Temno excipe tempsi.
Dat sterno straui, sperno spreui, lino leui.
Interdum lini & liui. Cerno quoq; creui.
Gigno, pono, cano, genui, posui, cecini dant.

Cerno τὸ κοσκινίζω, creui. Cicero ad Atticũ, creui hæreditatem, pro adij habet. Cerno τὸ βλέπω, nullum ex se creat præteritũ. Pro gigno, uetustissimi geno usi sunt, quemadmodum Varro & Lucretius, geni pro gigni. A pono, Apuleius & Plautus posiui usurpauere, ut est autor Prisc.

PO Po fit psi, ut scalpo scalpsi. Rumpo excipe rupi.
Et strepo, q̃d format strepui, crepo q̃d crepui dat.

Crepo in hoc ordine, an alibi quàm apud Grammaticos legerim, non satis scio.

RO Ro fit ui, sero ceu pro planto & semino seui,
Quod serui melius dat, mutans significatum.
Vult uerro uerri & uersi, uro ussi, gero gessi,
Quæro quæsiui, tero triui, curro cucurri.

Sero seui facit, nam serui quo utitur Ennius apud Priscianum, iam tantũ in cõpositis cernitur, quorũ pleraq; utranq; formam sequuntur, sed diuerso sensu. Porrò Insero inserui insertum, interponere seu intermiscere significat. Insero inseui insitum, ἐμφυτεύειν.

Consero

Confero conferui confertum, committo, commifceo.
Confero confeui confitum, φυτεύω feu femino. Vergil.
En queis confeuimus agros?
Defero deferui defertũ: nec aliud habet, ut nec exero exerui exertum, affero afferui affertũ. Ab obfero tamen obfitum legis. Annis pannisq́ obfitum.
Sic differo differui difertum.
Verro uerri & uerfi.] Vfitatius uerri, autore Prifciano.

So, uelut accerfo, arceffo, inceffo, atq; laceffo, SO
Formabit fiui. Sed tolle capeffo capeffi,
Quodq́ capeffiui facit, atq; faceffo faceffi.
Sic uifo uifi. Sed pinfo pinfui habebit.

Hæc uerba Diomedi ἀνάλογα appellant. A faceffo Cic. faceffitum dixit, quod à faceffiui præterito ἀναλογικῶς oriri debet. A quęfo ἐλλειπτικῶς quæfiui dixit Sall. Ab inceffo pro obiurgo, inceffe rat dixit Liuius, inceffuit Gell. Pinfo. Pomponius apud Diomedem: Neq; molis molui, neq; palmis pinfui.

Sco fit ui, ut pafco paui, uult pofco popofci. SCO
Vult didici difco, quexi formare quinifco.

Conquinifco eft caput inclinare. Pomponius: Vt cõquexi, interim mulieres confpiciunt.

To fit ti, ut uerto uerti. Sed fifto notetur TO
Pro facio ftare actiuum, nam iure ftiti dat.
Sterto ftertui habet, meto meffui. Ab ecto fit exi, CTO
Vt flecto flexi, pecto dat pexui, habetq́
Pexi. Etiam necto dat nexui, habet quoq; nexi.
Dat mitto mifi, petij peto fiue petiui.

Sisto actiuum, est exhibere quempiam præsentem coram iudice: uerbum Iurisconsultis familiare: à quo Cato stitisses dixit. Vide Gellium lib.2.cap.14.quamuis Phocas & Priscianus præterito carere contendant. Sisto neutrum, præteritum à sto mutuò habet. Caper, à pecto etiam pectiui format. Et Columella pectitum, sed penultima breui. Ait enim in Hortis: Verũ ubi iam puro discrimine pectita tellus. Quod à pectui potius quàm pectiui uidetur esse.

VO Vo fit ui, ut uoluo uolui, uiuo excipe uixi.
Nexo ut nexui habet, sic texo texui habebit.
CIO Fit cio ci, ut facio feci, iacio quoq; ieci.
Antiquum lacio lexi, specio quoq; spexi.

Lacio lexi, ut etiam composita, pellicio pellexi, allicio allexi: unum tamen elicio elicui facit. Prudentius: Quem mystica uirga elicuit. Et Liuius: Ad colloquium uatem elicuit. Et in supino elicitum. Lucanus:

Virus & elicitum iussumq; exire repugnans.

Papinius: Manes elicitos. Quin & ueteres etiam pellicui, & allicui dixerunt, ut docet Priscianus.

DIO GIO Fit dio di, ut fodio fodi: gio, ceu fugio fugi.
PIO Fit pio pi, ut capio cepi: cupio excipe piui.
Et rapio rapui, sapio sapui, atq; sapiui.
RIO Fit rio ri, ut pario peperi: tio ssi geminans s,
TIO Vt quatio quassi, quod uix reperitur in usu.

Cupio à Lucretio usurpatur ceu uerbũ quarti ordinis:

Naturæ primus terrarum claustra cupiret.

Quassi in usu non est, nisi compositum, ut concussi: habet tamen supinum quassum ἀναλογικῶς, unde quasso quassas frequentatiuum.

Deniq;

Deniq; uo fit uī,ut ſtatuo ſtatui,pluo pluui
Format ſiue plui. Struo ſed ſtruxi,fluo fluxi.

Hoc loco admonendus es,uerba in guo,qualia ſunt,
Vnguo Inunguo Perunguo
Tinguo Extinguo Diſtinguo,& huiuſmodi,
quod ad rationē præteriti pertinet,euaneſcente litera u, ad formam uerborum in go,redigi oportere.

Pluo pluui,& plui.] Liuius,Lapidibus pluuiſſe. Tibull.
Multus & in terras deplueritq; lapis.

QVARTA CONIVGATIO.

Quarta dat is iui,monſtrat ſcio ſcis tibi ſciui.
Excipias uenio dans ueni,cambio campſi,
Raucio rauci,farcio farſi,ſarcio ſarſi,
Sepio ſepſi,ſentio ſenſi,fulcio fulſi,
Haurio item hauſi,ſancio ſanxi,uincio uinxi.
Pro ſalto ſalio ſaluī; & amicio micui dat.
Parcius utemur,cambiui,hauriui,amiciui,
Sepiui,ſanciui,ſarciui,atq; ſaliui.

Verba huius συζυγίας in præteritis συγκοπὴν admittūt, ut audiui audij,abiui abij: & deſinunt in io omnia, præter eo & queo cum compoſitis. Cambio τὸ ἀμείβομαι campſi facit. Ab ἔκαμψα ἀορίστῳ τοῦ κάμπτω, uerbum inuſitatius, quo tamen Apuleius utitur,& Ennius, Campſo,as.

Et amicio.] Pes eſt προκελευσματικός, conſtans ex quatuor breuibus,ut illud Vergilij:

Tityre paſcentes à flumine reice capellas.

Ab hoc uerbo amixi formauit Varro: Sceleris,inquit,magiſter amixit. Vnde ſupinum amictum κατ' ἀναλογίαν.

Parcius utemur.] Sanciui & ſancitum in frequenti ſunt

usu. Salierunt apud Verg. & Papiniū. Haurierit dixit Varro: unde Apuleius hauritū. Sepiuit in sacris subinde legit.

DE COMPOSITORVM VERBORVM PRAETERITIS.

PRæteritū dat idem simplex & compositiuū,
Vt docui edocui mōstrat. Sed syllaba semper
Quam simplex geminat, composito nō geminat.
Prçterq̄ tribus his, præcurro, excurro, repugno,
Atq; à do, disco, sto, posco, rite creatis.

Præcurro, excurro.] Reliqua etiam composita à curro pleraq; priscis geminabantur. Nam Liuius Andron. procucurrissent, dixit: Cato, cōcucurrisse. Cæsar, excucurristi: Terentius & Plautus præcucurri. quod postremum usus præ cæteris approbauit.

Plico A plico compositum, cum sub, uel nomine, ut ista
Supplico, multiplico, gaudent formare plicaui.
Applico, cōplico, replico, et explico, uï uel in aui.
Oleo Quamuis uult oleo simplex olui, tamen inde
Quoduis compositū, melius formabit oleui.

Composita ab Oleo intricatiora sunt tum in præteritis, tum in supinis: & proinde maiori diligentia à doctorum lectione obseruanda. Siquidem ex olui, olitum fieri ἀναλογία exigit, quod tamen nusq̄ opinor legi. Cæterū Persius oletum habet, quod ab oleui præterito inusitato nasci uidetur: quod tamen prçteritū bona pars cōpositorū sequit, uariantibus interim supin. ut ex his quę subiunximus uidere licet

Adoleo	adoleui	adultum.
Exoleo	exoleui	exoletum.
Inoleo	inoleui	inolitum.

Aboleo

Aboleo	aboleui	aboletum & abolitum.
Oboleo	oboleui	obolitum.
Absoleo	absoleui	absoletum.

Quod à soleo propagari negat Priscian. quũ illud solitus sum faciat. etsi Sallust. etiam solui ausus est dicere. Redoleo usitatius redolui quàm redoleui, ut etiã suboleo subolui. Varro pro adoleui adolui abusus est, ut Plaut. abolui in Amphit.

Composita à pungo, formabunt omnia punxi. Pungo
Vult unum pupugi, interdũq; repungo repunxi.

Natum à do, quando est inflexio tertia, ut addo, Do
Credo, edo, dedo, reddo, perdo, abdo uel obdo,
Condo, indo, trado, prodo, uendo, didi. At unũ
Abscõdo, abscõdi. Natũ à sto stas, stiti habebit.

Circundo, uenundo, pessundo, primi ordinis sunt; neque quicquam uariant à primo themate, ut

Circundo	circundedi	circundare.
Pessundo	pessundedi	pessundare.

At reliqua cum mutata cõiugatione, etiã e in i uertunt, ut

Prodo	prodidi	prodere.
Trado	tradidi	tradere. &c.

Hæc præteritorũ ἀναλογία in supinis etiam remanet, ut

Circundatũ	Pessundatum.
Proditũ	Traditum.

Ab abscondi, supin. ἀναλογικὸν est absconsum: utimur tamẽ magis absconditũ. Addunt quidã huc, Prendo prendidi, quo utitur interpres Ioan. 21. cap. Nihil prendiderũt. & rursum: Afferte de piscibus quos prendidistis. Valla tanq; barbaram uocẽ reiicit, alij nõ uerentur uti. Natum à sto.] Hæc primi ordinis sunt, & uertunt e in i in præterito, ut

Præsto	præstiti	præstare.

Consto Constiti Constare, &c.

Propertius noue dixit:

Nec si post stygias aliquid restauerit undas. pro restiterit. Supina ex analogia respondent, ut præstitum, constitum. Veteres præstatum & constatum: unde constatura fides, apud Lucan. & præstatio ῥηματικόν.

MVTANTIA primam uocalem in e.

Verba hæc simplicia præsentis, præteritiq́;,
Si componantur, uocalem primam in e mutant.
Damno, lacto, sacro, fallo, arceo, tracto, fatiscor,
Pario Farcio, carpo, patro, scando, spargo, parioq́;,
Cuius nata peri, duo comperit & reperit dant.
Cætera sed perui, uelut hæc, aperire, operire.
Pasco A pasco, paui tantum. Composta notentur
Hæc duo, compesco, dispesco, pescui habere.
Cætera, ut epasco, seruabunt simplicis usum.

Fatiscor. Terentius in Phormione: Neque defetiscar, usq́; adeò experiar. Cōposita à pario, quartæ cōiugationis sunt. Quo pacto & ipsum pario ueteres usurparūt. Ennius

Oua parire solet genus pennis condecoratū.

Huc referri debent, quotquot occurrunt istis similia: quod genus sunt, Mando, farcio, halo. & ista: Partior, gradior, patior. Sed ubiq́; adhibendū est iudicium, ususq́; doctorū obseruandus. Vt enim à Lacto, oblecto & delecto dicimus, ita nō protinus ablecto, sed ablacto potius. Sic à Tracto, obtrecto, & pertracto. A Mando, cōmendo & amando. A Patior, perpetior, & cōpatior. Ab Halo, anhelo, & exhalo. Quod fortassis & in alijs quibusdā usu uenire potest.

MVTANTIA

MVTANTIA primam uocalem in i.

Hæc, habeo,lateo,ſalio,ſtatuo,cado,lædo,
Pango dans pegi,cano,quęro,cædo,cecidi,
Tango,egeo,teneo,taceo,ſapio,rapioq́:
Si componantur,uocalem primam in i mutant,
Vt rapio rapui,eripio eripui. A cano natum — Cano
Præteritũ per uĩ,ceu cõcino concinui dat.
Compoſita à pango retinent a quatuor iſta, — Pango
Depango,oppango,circũpango,atq; repango.
A maneo manſi:minui dant quatuor iſta, — Maneo
Præmineo,emineo,cum promineo,immineoq́.
Simplicis at uerbi ſeruabunt cætera formam.

Iſtis Placeo adnumerari poteſt, ut diſpliceo diſplicui:cõplaceo tamen nihil mutat. Hanc uarietatem ſequuntur etiã nomina quædam,ut amicus,inimicus,æquus,iniquus.

A cano natum.] Salluſtius, citante Diomede,Cornicines occanuere,pro occinuere.

Compoſita à ſcalpo,calco,ſalto, a per u mutant,
Id tibi demõſtrat exculpo,inculco,reſulto.

Scalpo non ſculpo,ſcalptum,ſcalptile,ſcalptores,nõ ſculptum,ſculptile & ſculptores,in ſimplici uoce dicendum & ſcribendum admonet Diomedes.

Compoſita à claudo,quatio,lauo,reĳciunt a,
Id docet à claudo, occludo, excludo : à quatioq́
Percutio,excutio: à lauo,proluo,diluo,nota.

Pro claudo,interdũ cludo uſurpatũ deprehendes,ut etiã cluſi & clũſum. Compoſita à lauo,tertiæ coniug.ſunt,

ut & ipsum lauo aliquando. Istis defrudo, quo Plautus & Cato utuntur, à fraudo, cognatum uidetur: unde defrutum dictum uolunt, genus quoddam uini ad mediam usq; partem decoctũ. Porrò explodo, displodo, & similia, à plaudo ueterũ more dicta sunt, ut plaustrũ, plostrũ: lautũ, lotũ. &c.

Hæc si componas, ago, emo, sedeo, rego, frango,
Et facio, iacio, lacio, specio, premo: semper
Vocalem primam præsentis in i sibi mutant,
Præteriti nunquã, ceu frango refringo, refregi.
A facio, inficio, infeci. Sed pauca notentur.
Nanq; suum simplex perago sequitur, satagoq;.
Vtq; ab ago, dego dat degi, cogo coëgi,
A rego sic pergo perrexi: uult quoq; surgo
Surrexi, media præsenti syllaba adempta.

Addito huc capio, & si qua forte eiusdẽ notę inter legendũ occurrant. Facio cũ prępositione cõpositũ, mutat a in i, ut

Perficio	Reficio
Conficio	Deficio
Afficio	Inficio.

Cum alia orationis parte nihil uariat, ut

Calefacio	Benefacio
Frigefacio	Malefacio
Tabefacio	Tepefacio, atq; id genꝰ alia.

Euariant tamen quæ ex istis enascuntur, ut

Malefactum	Benefactum
Maleficus	Beneficus
Maleficium	Beneficiũ, Beneficentia, &

similia. Proinde istorum usus, diligenter è bonorũ autorum lectione obseruandus est.

Lego A lego nata, re, se, per, sub, uel trans pręeunte,

Præsen

Præſentis ſeruant uocalem, in i cętera mutant:
De quibus hęc, intelligo, diligo, negligo tantum,
Præterîtum lexi faciunt: reliqua omnia legi.

Aemilius Macer, ut citat Diomed. ἀναλογίαν ſecutus, neglegerit ſcripſit, pro neglexerit. Quin & ueteres, neglego & intellego, per e efferebant, nō ſecus quàm perlego, relego, & alia: ut annotauit Politianus.

DE SIMPLICIVM VERBORVM SVPINIS.

NVnc ex pręterito diſcas formare ſupinum.

In recenſendo ſupinis, elementorum ordinem ſequitur, quod in præteritis prius fecerat.

Bi ſibi tum ſumit, ſic nanque bibi bibitum fit. BI
Ci fit ctum, ut uici uictum, teſtatur & ici CI
Dans ictum, feci factum, ieci quoque iactum.

Ico uſus eſt Lucanus, quū ait: Corpus propellit & icit. Præterito Cæcilius: Ita fœdus iciſtis.

Di fit ſum, ut uidi uiſum: quædam geminant s, DI
Vt pandi paſſum, ſedi ſeſſum. Adde ſcidi, quod
Dat ſciſſum, atque fidi fiſſum, fodi quoque foſſum.
Hic etiam aduertas, quod ſyllaba prima ſupinis
Quam uult Præteritū geminare non geminat.
Idque totondi dans tonſum docet: atque cecidi
Quod cæſum: et cecidi qđ dat caſum: atque tetendi
Quod tenſum & tentū, tutudi tūſum, atque pepedi
Quod format peditū, adde dedi qđ iure datū uult

Pandi paſſum habet, commune uidelicet ſupinum cum

patior & pateo. In sacris autoribus à pando pansum & expansum leges: Quod supinū Gell. ceu γνήσιον agnoscit. Vnde & Pansarū familiam dictam uolunt. Veteres tamen passum, dispassum & dispessum dixerunt: quod & iuniores libentius amplexati sunt. Vide Gell. lib. 15. cap. item 15.

Tetendi tensum & tentū.] Quomodo & composita faciunt, ut ostendo, extendo, intendo, prætendo, &c.

GI Gi fit ctum, ut legi lectum, pegi pepigiq;
Dat pactum, fregi fractum, tetigi quoq; tactum,
Egi actum, pupugi punctum, fugi fugitum dat.

Pupugi punctum.] Punctum à præterito punxi, aptius & ἀναλογικωτέρως conficitur.

LI Li fit sum, ut falli: stans pro sale condio, salsum.
Dat pepuli pulsum, ceculi culsum, atq; fefelli
Falsum: dat uelli uulsum: & sic tuli habet q̊q; latū.

MI NI PI QVI Mi, ni, pi, qui, tum fiunt, uelut hic manifestum.
Emi emptum, ueni uentum, cecini à cano cantum,
A capio cepi dans captum, à cœpio cœptum,
A rumpo rupi ruptum, liqui quoq; lictum.

A cautum cauiturus participiū abutitur interpres Apocalyp. cap. 8. Cœpio præter præteritū, totum absoleuit. Plaut. tamē in Menec. Neq; cœpio lites dixit, ut item Cato.

RI Ri fit sum, ut uerri uersum, peperi excipe partum,
A partum pariturus dicimus, non parturus.

SI Si fit sum, ut uisi uisum: tamen s geminato.
Misi formabit missum: fulsi excipe fultum,
Hausi haustum, sarsi sartum, farsi quoq; fartum,
Vssi ustum, gessi gestum, torsi duo, tortum

Et tor

Et torſum: indulſi indultum indulſumq́ requirit.
Pſi fit ptũ, ut ſcripſi ſcriptũ, cãpſi excipe cãpſum. PSI
Ti fit tum, à ſto nanq́ ſteti, à ſiſtoq́ ſtiti fit TI
Præterito, cõmune ſtatum: uerti excipe uerſum.
Vi fit tum, flaui ut flatum: paui excipe paſtum. VI
Dat laui lotum, interdũ lautum atq́ lauatum.
Potaui potum, interdũ facit & potatum.
Sed faui fautum, caui cautum: à ſero ſeui
Formes rite ſatum. Leui liuiq́ litum dat.
Solui à ſoluo ſolutum, uolui à uoluo uolutum.
Vult ſingultiui ſingultum, uæneo uænis
Væniui uænum. Sepiliui rite ſepultum.

Veneo αὐτοπαθητικόν, idem quod uendor ſignificans: licet ueteres etiam uæneor dixerint. Plaut. Ego ne illi uænear. Et Titianus quidam: Id melius emitur quàm uæneatur. Pro ſepultum Cato ſepilitum dixit ἀναλογικῶς, ut Plautus fauitores pro fautores.

Quod dat uĩ dat itum, ut domui domitum: excipe
quoduis
Verbũ in uo, quia ſemper uĩ formabit in utum,
Exui ut exutum, à ruo demerui ruitum dans.
Vult ſecui ſectum, necui nectum, fricuiq́
Frictum, miſcui item mixtũ, & amicui dat amictũ.
Torrui habet toſtum, docui doctum, tenuiq́
Tentum, cõſului conſultũ, alui altum alitumq́.
Sic ſalui ſaltum, colui occului quoq́ cultum.
Pinſui habet piſtum, rapui raptum, ſeruiq́

A sero uult sertum: sic texui habet quoque textum. Necui compositũ, nectum facit: Cicero: Enectus siti Tantalus. Horat. Bos est enectus arando. Simplex, necatum. Cicero: Veneno necatus. Fabius: Fame necatus. Ouidius: Mille animas una necata dedit. Rursum in Et amicui, uides προκιλδυσμαλικόν. A pinsui, pinsitum & pinsum dixit Columell. Varro, pinsorem. Alui altum alitumque.] Cicero: Vbi alitus est. Sallust. Arpini altus.

Hæc sed ui mutant in sum: nam censeo censum,
Cellui habet celsũ, meto messui, habet quoque messũ,
Nexui item nexum, sic pexui habet quoque pexũ.
Dat patui passum, carui cassum caritumque.

Censeo censum.] Vnde census, censor, censorius, & censura. Sic recẽseo, recensum. Porrò particip. recensitus, quo cum alij, tum Hieronymus, in uertendo Numerorũ libro, creberrimè usus est: tametsi non desint qui hinc creari putent, tamen uel hoc uno argumento refelluntur, quod huius penult. longa sit, quum à recensui analogiæ ratio recensitũ postulet penult. breui, ut à monui monitũ. Huius penult. longam esse docet uersus iste Claudiani:

Prisca recensitis euoluite secula fastis.

Et Prudentius eodem modo:

Quumque recensitis constaret partibus ille.

Ab argutum, Sallust. arguiturus dixit, autore Prisciano. Nexum & pexum, à præteritis nexi & pexi, minus coactè ducuntur: Etsi Columell. pectita tellus, & pectitæ lanæ, nõ ueretur uti, ut suprà admonuimus.

Xi fit ctum, ut uinxi uinctũ: quinque abijciunt n.
Nam finxi fictum, minxi mictum. Inque supino
Dat pinxi pictum: strinxi, rinxi quoque rictum.

Xum flexi, plexi, fixi facit, & fluo fluxum.

Postremũ hunc uersum è nostro sufficere, res ipsa compulit, quod his quatuor uerbis nullũ alioqui contigisset supinum. Nam licet prisci illi homines, ut refert Diomedes, fictum à figo, ut fluctum à fluo formarint, nobis tamen idem audere nõ licebit, præsertim reclamãte tersioris seculi usu.

DE COMPOSITORVM VERBORVM SVPINIS.

Compositũ ut simplex formatq̃ quodq; supinũ,
Quãuis nõ eadem stat semper syllaba utriq;.
Compositũ à tunsum, dempta n tusum: à ruitũ fit
Dempta uocali media rutum. à saltũ quoq; sultũ.
A sero satum format, composita situm dant.

Quod de tunsum & cõpositis adnotauit, ut est crebrius & usitatius, ita tamen apud autores non adeò religiose seruari cõtingit, quin diuersum aliquando deprehendas, hoc est à tundo simplici tusum, ut contrà à compositis tunsum, ut obtunsum, retunsum. Hoc admonui quo fieres cautior, ne quid temere in scriptoribus depraues, dum præpostere ad grammaticorũ canonas exigere uelis.

Hæc, captũ, factũ, iactũ, raptũ, a per e mutant,
Et cautum, partum, carptũ, sartum quoq; fartum.

Hi duo uersus prius corrupte legebantur: proinde in priore pro, his, hęc, restituimus. In posteriore dictionẽ Carptum curauimus addendã, ne uersus, quod prius fecerat, claudicare sineretur, uno uidelicet pede obtruncatus. Ad horum numerũ accedunt Sparsum, fassum, partitum.

Verbũ edo compositũ, non estum, sed facit esum. Edo
Vnum duntaxat comedo, formabit utrunq;.

Vergilius: Et poſtibus hæſit adeſis. Et alibi: Exeſa rubigine ſcabra. Rurſum: Ambeſas menſas. A comedo. Cic. pro Cluen. potius comeſtum ꝗ epotum. Iuuenal. De nobilitate comeſa. Ab obedo obeſum, pro craſſo aut præpingui uſitate dicimus: Sed ἀκύρως ἢ κατὰ ἀντίφρασιν, ut putat Gellius, quũ proprie gracilentum ſeu exilem ſignificet.

Noſco A noſco tantũ duo, cognitũ & agnitũ habentur,
Cætera dant notum, nullo eſt iam noſcitũ in uſu.

Ab agnoſco Salluſt. ſimplicem uocem imitatus, agnoturum dixit, ut Piſo antique ignoſciturũ, quum Cicero & alij ignoturum agnoſcant.

DE PRAETERITIS VERBORVM IN OR.

Verba in or admittunt ex poſteriore ſupino
Præteritũ, uerſo u per us, & ſum conſociato
Vel fui, ut à lectu lectus ſum uel fui. At horum
Nunc eſt deponens, nunc eſt cõmune notandũ.
Nam labor lapſus, patior dat paſſus, & eius
Nata, ut compatior cõpaſſus, perpetiorꝗ
Formans perpeſſus, fateor quod faſſus, & inde
Nata, ut digredior digreſſus. Iunge fatiſcor
Feſſus ſum, menſus ſum metior, utor & uſus:
Pro texo orditus, pro incepto dat ordior orſus.
Nitor niſus uel nixus ſum, ulciſcor & ultus,
Iraſcor ſimul iratus, reor atꝗ ratus ſum,
Obliuiſcor uult oblitus ſum, fruor optat
Fructus uel fruitus ſum, miſereri iunge miſertus.

Vult

Vult tuor & tueor non tutus, sed tuitus sum,
Quamuis & tutum & tuitum sit utricꝫ supinum.
A loquor adde loquut⁹, & à sequor adde sequut⁹;
Experior facit expertus, formare paciscor
Gaudet pactus sum, nanciscor nactus, apiscor
Quod uetus est uerbum, aptus sum, unde adipi-
scor adeptus.
Iunge queror questus, proficiscor iunge ꝓfectus,
Expergiscor sum expertus. Et hæc quoqꝫ cōmi-
Niscor cōmentus sum: nascor natus, moriorqꝫ
Mortuus, atqꝫ orior, quod præteritū facit ortus.

Deponentiū uerborum præterita, per actiuæ uocis ἀναλογίαν, quę hic tibi effingenda est, facile deprehendi possunt. Proinde satis sit illa annotare, quæ ἀνωμάλως & uelut spreto ἀναλογίας iure formantur. Deponentium ergo quædam actiue significant, ut sequor te, precor ueniam. Quædā neutraliter, ut auguror, labor. Quædā passiue, ut nascor, orior. Priscianus etiam plura addit. Sunt etiam quæ eodem sensu tam o quàm or admittunt, cuiusmodi sunt

Assentior	assentio
Impertior	impertio
Comperior	comperio.

Actiue tamen, non dicimus cōpertus sum, sed comperi, ut nec à diuertor, diuersus sum, sed diuerti. Iuxta hanc rationem, ueteres his multo plura usurparunt, ut

Populor	populo
Contemplor	contemplo
Frustror	frustro
Dignor	digno. Vide Non. & Diome.

Notabis præterea, cum uerba ipsa deponent, tum partici-

pla non raro apud ſcriptores,ſed præſertim priſcos,paſſiue uſurpari,ut

Auguror οἰωνοσκοποῦμαι.

Lucius Cæſar: Quæ res augurantur.

Adipiſcor ἐπιτυγχάνομαι.

Plautus: Non ætate adipiſcitur ſapientia.

Conſequor ἀνύομαι.

Orbilius: Quæ uix ab hominibus conſequi poſſunt.

Amplector περιπλέκομαι.

Lucilius: Quin amplexẽt qui uelit, ego non ſinam me am (plectier.

Admiror θαυμάζομαι.

Canutius: Turpe eſt propter uenuſtatẽ ueſtimentorũ admi (rari.

Anteſtor προσδιαμαρτυροῦμαι.

Liuius Andron. Impubes libripens eſſe non poteſt, neque (anteſtari.

Polliceor ἐπαγγέλλομαι.

Metellus Numidicus: Statuæ polliceantur.

Aggredior ἐφεδρεύομαι.

Cicero: Hoc reſtiterat etiam ut à te fictis aggrederer donis.

Aſpernor ἐξουθενοῦμαι.

Cicero: Qui eſt pauperior, aſpernatur.

Aſſector ἀκολουθοῦμαι.

Ennius: Aſſectari ſe omnes cupiunt.

Arbitror ὑπολαμβάνομαι.

Cæcilius: Ex ſcriptis eorũ, qui ueri arbitrabantur.

Conſpicor θεωροῦμαι.

Varro: Vt nunc conſpicatur.

Conſector διώκομαι.

Lauerius: Vxorem tuam lapidibus conſectari uideo.

Conteſtor συμμαρτυροῦμαι.

Calumnior συκοφαντοῦμαι.

Dignor ἀξιοῦμαι.

Cice. Ex eo numero hominũ, qui apud nos dignantur.

Dominor

Dominor δεσπόζομαι.
Depeculor ἀποσυλλόομαι.
Lucius Gell. Vbi senatus intellexit populum depeculari.
Stipulor ἐπερωτῶμαι.
Liuius: Nec circumagi stipularíq; irato consuli.
IDEM in participijs solet usu uenire, quod genus sunt,
Meditatus μελετήσας καὶ μελετηθείς.
Terent. Meditata sunt mihi omnia.
Auxiliatus βοηθήσας καὶ βοηθείς.
Lucilius: A me auxiliatus es.
Complexus περιπλέξας καὶ περιπλεχθείς.
Cic. Quo uno maleficio scelera omnia uident̃ cõplexa esse
Adulatus κολακευθείς.
Adhortatus προτραπείς.
Cassius: Adulati erant ab amicis, & adhortati.
Mentitus ἐψευσμένος, ἤτοι ψευσθείς.
Cõmentus πεπλασμένος.
Ouidius: Mentitumq; patrem, cõmentaq; sacra fateri.
Adortus ἐφορμηθείς.
Abusus καταχρησθείς.
Execratus καταραθείς.
Architectatus ἀρχιτεκτονηθείς.
Carnificatus βασανισθείς.
Frustratus ματαιωθείς.

Hæc ergo & huiusmodi sunt, quæ Gellius lib. 15. cap. 13. utroq; uersum posse dici affirmat, sed ex altera parte inusitatiora. Cæterum quandoquidem iam de participijs cœptum est agi, notabis obiter esse quædã uelut ἀδιάφορα participia, quæ etsi formã particip. uidentur uindicare, tamen à tempore aliena sunt: è quorum numero sunt

Galeatus Pileatus
Scutatus Tunicatus

Manuleatus	Geminatus
Caligatus	Bacchatus
Paludatus	Prætextatus
Togatus	Trabeatus
Comatus	Penulatus
Bracatus	Soleatus
Ocreatus	Haſtatus
Criſtatus	Limatus
Stellatus	Turritus
Literatus	Cerritus
Perſonatus	Pellitus
Obæratus	Hirſutus
Laruatus	Cornutus
Miniatus	Aſtutus.

Et alia id genus, quæ ad hunc modum per ὀνοματοποιίαν effingi poſſunt. Sunt rurſus participia nõnulla, quę etiam nomina eſſe poſſunt, quod genus ſunt iſta:

Armatus	ὁπλισθεὶς, καὶ ὁπλιστής
Doctus	παιδευθεὶς, καὶ παιδευτός
Sanctus	θεσπισθεὶς, καὶ θεσπέσιος, ἤτοι ἅγιος
Acutus	ὀξυνθεὶς, καὶ ὀξύς
Sapiens	φρονῶν, καὶ φρόνιμος ἤτοι σοφός
Monitus	ὑπομνησθεὶς, καὶ ἡ ὑπόμνησις
Iudicatus	κριθεὶς, καὶ ἡ κρίσις
Armatura	ὁπλίσασα, καὶ ἡ ὅπλισις
Scriptura	γράψασα, καὶ ἡ γραφή
Vſura	χρησομένη, καὶ ὁ τόκος, ἤτοι ἡ χρῆσις
Litura	ἀπαλείψασα, καὶ ἡ ἀπαλιφή
Factum	γενόμενον, καὶ τὸ ἔργον
Dictum	λεχθὲν καὶ ὁ λόγος
Viſum	ὁραθὲν, καὶ τὸ ὅραμα
Legendus	ἀναγνωσθησόμενος, καὶ ἀναγνωστός

Amandus

Amandus φιληθησόμενος, καὶ φιλητέος.
Huc refer quotquot his similia repereris. Orior ortus, oriturus ἀνώμαλον habet, estque totum tertiæ coniugationis, præter oriri & oriris. Etsi Ouid. etiam hoc iuxta tertiā coniugationem extulit, quum ait:

Tu quoties oreris uiridique in cespite flores.

Sic Nascor natus nascíturus, Morior mortuus moriturus. A Fruor, Cicero fructus dixit. Vnde & fretus deriuari uolunt quidam: alij nomen esse contendunt. Apuleius & Lucilius non semel pro experrectus, expergitus usi sunt. Catullus etiam apiscor habet.

DE VERBIS geminū præteritū formantibus.

Præteritū actiuæ & passiuæ uocis habent hæc:
Cœno cœnaui & cœnatus sum tibi format,
Iuro iuraui & iuratus, potoque potaui
Et potus, titubo titubaui, uel titubatus.
Sic careo carui & cassus sum, prandeo prandi
Et pransus, pateo patui & passus, placeoque
Dat placui & placitus, suesco sueui atque suetus.
Væneo pro uendor, uæniui uenditus & sum.
Nubo nupsi nuptaque sum, mereor meritus sum
Vel merui: adde libet libuit libitū. Et licet adde,
Quod licuit licitum. Tædet, quod tæduit, & dat
Pertæsum. Adde pudet, faciens puduit puditūque,
Atque piget, tibi quod format piguit pigitumque.

His passiuę uocis prętcritis utimur, uice gręci ἀορίστου actiui,
Cœnatus δειπνήσας, id est cum cœnauit: ut, Cœnatus abijt cubitum.
Iuratus ὀμόσας

Plautus: Nam iniurato scio plus crederet mihi quàm iurato tibi. Inuenitur & passiue idem quod ὀμοθέις. Lucanus:

Prisca manent mihi per Latium iurata tonantem.

Potus πεπωκώς. Ouid. in Fastis:

Atque senem potum, pota trahebat anus.

Et passiue ποθέις. Idem:

Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Atque hoc formandi genere uetustiores etiam in alijs multis usi sunt, ut

Senectus γηράσας.

Plautus: Senecta ætate.

Et Sallust. Senecto corpore, id est quod senuerit.

Exosus μισήσας. Ouid. Tedas exosa iugales.

Discessus ἀναχωρήσας.

Cæcilius: Custodibus discessis, multi interficiuntur.

Interitus ἀναιρεθέις

Claudian. Pugna acriter cōmissa, multis utrinque interitis.

Obitus τεθνηκώς.

Liuius Andronic. Cupidius miserulo obito.

Occasus δύσας

Lucilius: Omnia sunt sole occaso. Sed de his hactenus.

A nubo, Plautus passiuam uocem effinxit in Persa, ubi ait: Hic cum mala fama facile nubitur. Quod exemplum & interpres forsitan sequutus est, quum illud Euangel. οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίζονται, uerterat, neque nubent neque nubentur, non reddito tamen tempore.

A pudet, Plautus puditū est, habet. A piget, Sillius:

Nec pigitum paruosque lares humilesque subire.

Propertius: Poscis ab inuita uerba pigenda lyra.

Sueton. Ignauiā pertæsus. Ouidius etiam pudendus passiue utitur: Nec gener est nobis ille pudendus.

DE NEVTROPASSIVORVM PRAETERITIS.

NEutropaſſiuum,ſic præteritũ tibi format.
Gaudeo gauiſus ſum,fido fiſus,& audeo
Auſus ſum,fio factus ſum,ſoleo ſolitus ſum.

Grãmatici hæc neutropaſſiua uocant. Nam quæ à Græcis αὐτοπαθητικὰ dicunt, qualia ſunt Vapulo,uæneo,liceo, Priſc.neutralia paſſiua appellat.

Secundus uerſus hypermeter eſt, una uidelicet ſyllaba abundans, qualis fuit etiam ſuprà: Iuro iuraui,& iuratus. & alius in initio,Nexoq́ nexui. Pro gauiſus ſum & auſus ſum,ueteres gauiſi,& auſi dixerunt, ut etiam Salluſt.ſoluĩ pro ſolitus ſum. Sunt qui à fio etiam ſuffio deducunt, cum tamen hoc nulla ratione cum fio niſi in uoce cõueniat.

DE VERBIS præteritũ mutuantibus.

Quædam præteritũ uerba accipiunt aliunde.
Inceptiuũ in ſco,ſtans pro primario,adoptat
Præteritum eiuſdem uerbi,uult ergo tepeſco
A tepeo tepui,ferueſco à ferueo ferui.
A uideo cerno uult uidi,à concutio uult
Præteritum quatio concuſſi,à percutioq́
Percuſſi ferio:mingo uult meio minxi.
A ſedeo ſido uult ſedi,à ſuffero tollo
Suſtuli,& à fuo ſum fui,& à tulo rite fero tuli:
A ſto ſiſto ſteti,tantum pro ſtare,furoq́
Inſaniui,à uerbo eiuſdem ſignificati.
Sic poſcunt ueſcor,medeor,liquor &reminiſcor,
Præteritum à paſcor,medicor,liquefio,recordor.

Est & hic rursus uersus hypermeter, uidelicet, Sustuli & à suo &c. Neq; hoc toties admonuissem, nisi scirem hūc morbum multorū animis innatum, ut aliena malint carpere q̃ intelligere. A calesco, Cato Censor. citante Nonio, calesci formauit. Ait enim: Aures nobis calescerunt ad iniurias. In præterito Tetuli, Te syllaba κατὰ πρόσθεσιν adijcitur. Meio etiam meij facit, autore Diomede. A ferio, diuus Ambrosius & recentiores, ferijt, feritum, et feriturus usurparunt, sed nullo ueterum exemplo, quod sciam. A furo, Sedulius furuï formauit, cuius est hic uersus:

Nec minus & Darij furuerūnt iussa tyranni.

Sed eadem dexteritate qua corripuit duas priores syllabas in dictione Darij, quum sint natura longæ, id quod uel hic unus Ouidij locus satis ostendit:

Vtq; necatorū Darij fraude secundi
Sic tua succedens deuoret ossa cinis.

Sic poscunt uescor.] Hæc ex Diomede desumpta sunt, quibus ille etiā Liceor licitatus sum, & opperior oppertus ‹s›um, annumerat.

DE VERBIS præterito carentibus.

Præteritū fugiūt, uergo, ambigo, glisco, fathisco,
Polleo, nideo. Ad hæc inceptiua, ut puerasco.
Et passiua, quibus caruere actiua supinis,
Vt metuor, timeor. Meditatiua omnia, præter
Parturio, esurio, quæ præteritum duo formant.

Hic pro disco, fatiscor, & palleo, reposuimus glisco, fathisco, ut & hisco simplex, & polleo.

A uergo Diomed. uerxi facit, uerū usus repudiat. Phocas annectit istis etiam Mœreo, cui mœstus nomen est, nō particip. Apule. à nupturio nupturijsse scriptū reliquit.

Et passiua, quibus &c.] Cuius sortis sunt & ista, Tremor renuor, urgeor, angor, discor, poscor, & consimilia.

DE VERBIS supinū raro admittentibus.

Hæc raro aut nunq̃ retinebunt uerba supinum:
Lambo, mico micui, rudo, scabo, parco peperci,
Dispesco, posco, disco, compesco, quinisco,
Dego, ango, sugo, lingo, mingo, satagoq́,
Psallo, uolo, nolo, malo, tremo, studeo, strido,
Flaueo, liueo, auet, paueo, conniueo, feruet.
A nuo compositū, ut renuo: à cado, ut incido, p̃ter
Occido, quod facit occasum, recidoq́ recasum.
Respuo, linquo, luo, metuo, cluo, frigeo, caluo,
Et sterto, timeo. Sic luceo & arceo, cuius
Cōposita ercitū habēt. Sic à gruo ut ingruo natū,
Et quæcunq́ in ui formantur neutra secundæ.
Exceptis oleo, doleo, placeo, taceoq́,
Pareo, item careo, noceo, pateo, lateoq́,
Et ualeo, caleo, gaudent hæc nanq́ supino.


Mico micui.] Nam alioqui non caret, ut dimico dimicaui dimicatum: qua etiam ratione ab emico emicaturus dixit Seneca. Parco peperci.] Quum Parco parsi parsum formet, neq́ peperci carebit supino, licet id grammatici magno consensu contendant. Siquidem Plinius libro 33. cap.4. in hunc modum scribit: Italię parcitum est uetere interdicto patrum. Hieron. ad Heliodorū parciturus dixit, quos Erasmus, homo, ut ne amplius dicam, meliori sæculo dignissimus, ausus est sequi, quum scripsit, In bello nemini parcitum est. Linquo.] Huius composita supina reti-

nent, ut relictum, delictum. Lingo.] Ab hoc linctum habes apud Celsum, & Pliniũ lib.31.cap.9.his uerbis: Multi tussim ueterẽ linctu salis discussere. A disco, Apuleius disciturus dixit, si credimus Prisc. A sugo, suctus nomẽ habetur, apud Plinium. At diuus Augustin. sugiturũ usurpauit particip. Claudian. à luo, luiturus habet. Ait enim:

Vastato tandem pœnas luitura profundo.

Respuo.] Cætera à spuo non carent supinis, ut consputũ, asputum, insputum. A cado, recasurum Cicero, recasura Suetonius dixit, in Augusto.

THOMAE ROBERTSONI EBORACENSIS DE VERBIS DEfectiuis, Appendix, interiectis etiam sparsim ubi opus uidebatur, annotatiunculis.



ED nunc ut totum percurras ordine uerbum,
Istis pauca dabis mutilata & ἀνώμαλα uerba:
E quorum numero sunt ista, uoloq; feroq;,
Et sum cum natis, ut malo, confero, possum.
Sic & edo. Sed hæc Donati elementa docebunt,
Quem si quid dubites, mox cõsulturus adibis.

Neque de istis in præsentia quicquam amplius dicturi sumus: tum quod nos compendio, quoad fieri licet, studeamus, tum etiam quod passim apud grammaticos, & Donatum in primis, satis copiose uideantur tradita.

Sed tibi

Sed tibi pręterea sunt hęc quoq; manca notanda:
Aio, ausim, salue, cedo, faxo, & aueq;, ualeq;,
Atq; forem, quæso, sic infit, & inquio, & inquam.
Sic odi, memini, cœpi, huc referunt quoq; noui:
Cum multis priscis, quorum nunc rarior usus,
Sed quia clauda quidē remanēt, nec uersibus apta
Qui rectis pedibus, plenisq; incedere gaudent,
Proinde sequēs datur his quē cernis sermo solut⁹

AIO.

Præsens. Aio, ais, ait. Plural. aiunt.
Præt. impf. Aiebam, bas, bat. Plur. aiebamus, ba
Imperat. Ai. (tis, bant.

Futuro optaui.

Aias, aiat. Plur. aiamus, ant.

Particip. Aiens.

Diuus Augustin. in præt. aisti & aistis, utitur aliquoties.

AVSIM.

Ausim, is, it. Plur. ausint.

AVE.

Imperat. Aue. Plur. auete.
Futur. Aueto. Plur. auetote.
Infinit. Auere. Quo modo & Salue declinatur.

Cic. ad Atticum, Saluebis dixit, in futuro. & Plautus in Truculento, Salueo. Sic & Vale quoq; declinant, salutantis uerbum: alij integrum uolunt à ualeo.

CEDO.

Imperat. Cedo. Plur. cedite,

Pro cedite, Ennius & ueterũ aliquot alij, ut est apud Marcellum, cete usurparunt.

FAXO.

Faxo, & faxim, is, it. Plural. tis, int.
Pro faciam, uel fecero.

FOREM.

Præsens optat. & præt. impf. subiunct.
Forem, es, et. Plur. forent.
Infin. Fore. id est futurum.
Ad eundem modum & composita etiam uariantur, ut

Afforem	affore
Proforem	profore
Conforem	confore
Deforem	defore.

QVAESO.

Præsens Indic. Quæso. Plur. quæsumus.
Integrum erat olim. Lucretius:
Ni diuûm pacem uotis adit, & prece quæsit.
Sallust. Infinit. quæsere, autore Phoca.

INFIT.

Infit sola uox est, dicit seu dixit significans.
Varro etiam infio usus est.

INQVIO ET INQVAM.

Præsens Indicatiui
Inquio, uel inquam, quis, quit. Plur. inquiũt.
Præt. perfect. Inquisti, inquit.
Futur. Inquies, & inquiet.
Imperat. Inque, apud Terent.

Futur.

Futur. Inquito, apud Plautum.
Futur. opt. Inquiat.
Particip. Inquiens.

Hæc quatuor, Odi, memini, cœpi, & noui, prę ter. perfect. omniũ modorũ integra habent, in reliquis magna ex parte deficiunt, nisi quod me mini in futuro Imperat. memento, Plural. me mentote habeat.

Ex Odi, osor, & osus, & osurus habentur, ut in compositis exosus, perosus. Hoc uerbum ab Ecclesiasticis ceu integrũ usurpatur, ut Odio, odis, odiui, odire.

Cœpi, ab antiquo cœpio relictum habemus, quo Plautus utitur in Menęch. & Cato, unde particip. cœptus.

Sunt & alia his etiam absoletiora, cuiusmodi legis nõ raro apud Comicos.

Vt	Sultis	Pro	Si uultis
	Sis		Si uis
	Capsis		Cape si uis
	Sodes		Si audes

Quibus similia sunt etiam illa:

Videsis	Apagesis
Capesis	Cauesis.

Sunt adhuc quędam alia, antiquissima quidem illa, sed quorum tamen usum Plautus & uetustiores sibi aliquoties permittunt: cuius generis sunt ista:

Excessis	Pro	Excedas
Irritassis		Irrites
Prohibessis		Prohibeas
Locassim		Locem
Taxis		Tangas

Danunt		Dent
Perduint		Perdant
Leuasso		Leuo
Duis		Des
Duit	Pro	Det
Creduis		Credas
Supplicassis		Supplices
Negassis		Neges
Seruassis		Serues. & similia.

Quidam etiam defectiuis adijciunt

Apage ab ἀπάγω.
Euge quasi εὖ ἄγε. &
Amabo.

Alij tamen interiectiones esse malunt. Phocas addit Ouat, quã uocem solam arbitratur inueniri. Vnde ouans, ouatio, ouatus, oualis & ouandi dicũtur. Gell. lib. 5. cap. 6.

Explicit addit ab Alexãdro, apud doctos nõ lego. Mart. tamẽ explicitũ pro absolutũ posuit. Ait em̃ in apophoretis:

Versibus explicitum est omne duobus opus.

Notabunt præterea pueri, dor, furo, for, der & fer, à for simplicia non reperiri.

Notabunt etiam quædam esse ἀποκοφθέντα, ut

Dic		Dice
Duc	Pro	Duce
Fac		Face
Fer		Fere.

quæ tamẽ apud Poëtas subinde citra ἀποκοπὴν efferuntur, ut face, duce. Et composita à facio, quoties mutant a in i, ut confice, perfice, &c.

Admonẽdi sunt et hoc loco περὶ συγκοφθέντων, qualia sunt

Nosti		Nouisti
Flasti	Pro	Flauisti
Flesti		Fleuisti

Scisti

Sciſti } Pro { Sciuiſti
Dixti } Pro { Dixiſti. & quæ ſunt his ſimilia.

Porrò ἀνωμαλίαν illam uerborū Eo & queo, notiorem eſſe opinor, quàm ut admonendam crediderim: Quæ etiam in præterito imperfecto habent pro ἀναλογικοῖς

Iebam — Ibam
Quiebam — Quibam.

Vt & futurum quoq; duplex, nempe

Eam & Ibo
Queam & Quibo.

Quomodo & cætera huius coniugationis uerba olim formaſſe in confeſſo eſt, ut

Audibo — Scibo
Hauribo — Neſcibo. &c.

DE VERBIS DEFECTIVIS FINIS.

LECTORI.



IN HOC uerſificandi methodo, operam dedimus pro uirili noſtra, ut ubiq; breuitatis pariter & perſpicuitatis haberetur ratio: omnia ita pro iudicij noſtri modulo temperantes, ut æquus lector neq; multum aut deeſſe aut ſupereſſe meritò cauſaretur. Siquidem ita ubiq; loquacitatis uitiū euitare laborauimus, ut interim tamen non adeò multum notatu dignum prætermiſſum opinamur: rurſum ita pueris conſulere animus erat, ut ne prouectioribus quidem eſſemus faſtidiendi. Et quod in hoc exercitationis genere præcipuum putauimus, omnia quàm potuimus maxime ad Græcorū fontes βασανίζοντες ὥσπερ χρυσὸν τῷ πυρὶ δοκιμασθέντα diligenter quidem explorauimus, atq; ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐξονυχίσαντες. Conſtat enim Græcos poëtas in hac palęſtra tantum ſibi licentiæ permiſiſſe, ut Martialis rideat illis nihil negatū eſſe

utpote quibus licet εἰαρινὸν & ἆρες ἄρες in carmine sonare. At nobis (inquit de Latinis loquens) non licet esse tam disertis, qui Musas colimus seueriores. Audent tamen interdum Latini etiam, & inter primos Vergilius, sed ut multo parcius quàm Græci, ita certe, si quid ego in hac re uideo, illis nihilo infelicius: interim tamen diligenter cauentes, ne Græcorum uestigia aut deserãt aut præteruolent. Nos itaque in his annotationibus nostris, omnia ad ipsum archetypum reuocare studuimus, indicatis ubiq; fontibus ipsis, unde homines nostri hauserunt, quicquid in hoc genere ausi sint: ut certis argumẽtis ob oculos positis perspicue uideas quàm nihil agant, quamq; fœde hallucinent̃, qui citra græcanicæ literaturæ præsidium se Latinos poëtas intellecturos sperent, aut de uersificandi ratione posse pro dignitate præcepta dare: quàm non sit satis, ut quicquid ipse nescias, licentiæ poëticæ imputes. Quod unum suæ inscitiæ palliũ fortiter prætexunt isti, qui nihil minus callent, quàm unde hæc licentia, quam uocant, proficiscat̃. Proinde ne semper in eodem hæreat̃ luto, ne semper relicta lympidioris aquæ scaturigine, ad limosas illas & putres eatur lacunas, nos quoad paucissimis fieri licuit, ad fontem ipsum iter demõstrare conati sumus, tantumq; aut præstitimus, aut certe præstare uoluimus, ut pueris industrijs uia aperiretur, qua possent διὰ τῶν μουσῶν θυρῶν αἰεὶ μὲν ἀνεωγμένων ad penitiora illarũ mysteria intromitti. Bene uale.

THEOCRITVS.

χαλεπαὶ γὰρ ὁδοὶ τελέθουσι ἀοιδᾶν.

CALLIMACHVS.

Ὡπόλλων οὐ παντὶ φαείνεται, ἀλλ' ὅτις ἐσθλός.
ὅς μιν ἴδῃ μέγας οὗτος, ὃς οὐκ ἴδε λιτὸς ἐκεῖνος.

COMPENDIVM VERSIFICANDI, SEV ΣΤΙΧΟΛΟΓΙΑ, EODEM THOMA ROBERTSONO Eboracense autore, additis ab eodem annotationibus.

DE LITERIS.



X LITERIS quinque sunt uocales, a e i o u. Reliquus numerus consonantes appellantur, ut b c d f g &c. quibus accedunt etiam i & u, quoties in eadem syllaba uel sibi, uel alijs uocalibus connectuntur, ut Iuno, Venus. Sed ex his duæ interim liquidæ dici solent, r & l. duæ item duplices, x & z : sic dictæ, quod utraq; duas comprehendat consonãtes : x, c & s : z uero geminũ ss. Ex uocalib. uarie cõglutinatis quatuor emergũt diphthongi, au eu æ œ, ut aula, eurus, cœlũ, æstimo.

H non est litera, sed aspirationis potius nota, licet quidã aliquãdo uim consonãtis obtinere putent, ut apud Vergil.

Ille latus niueum molli fultus hyacintho. Et alibi:

Grauis homo infectos linquẽs profugus hymenęos.

Idem: Terga fatigamus hasta, nec tarda senectus.

Hinc forsan persuasi, quod cernant densum spiritũ, qui græcis dictionibus à ρ & ὑ ψιλὸν inchoantib. semp, reliquisq; uocalibus aliquoties præfigit, nõnunq; à Latinis in consonantem uerti, ut in istis quæ subiunximus uidere licet.

ὑπὲρ	Super
ὗς	Sus
ἕξ	Sex

ὕλη	Sylua
ἕρπω	Serpo
ἑσπέρα	Vespera.

Alij tamen,& rectius meo quidem iudicio,has syllabas cæsura longas fieri uolunt. Quantum uero firmitatis ac uigoris quibusdam uocibus adferat hic spiritus,uide Gell.libro secundo,capite tertio.

Υ ψιλὸν & κ nusquam nisi in græcis dictionib.locũ habent,ut

ὑάκινθος	Hyacinthus
ὑδρία	Hydria
ὕδρωψ	Hydrops
ὕσσωπος	Hysopus
ὕλας	Hylas
ὕμνος	Hymnus
ὑποκριτής	Hypocrita.

Pro κ Latini c literam possident,ut

καθέδρα	Cathedra
κακοήθης	Cacoëthes
κακοδαίμων	Cacodæmon
κεφαλή	Caput. & similia.

Sunt & diphthongi quædam, græcis dictionibus peculiares,ut υι & ει, quod genus sunt

υι { υἱός, υἱδῦς, μυῖα, ἅρπυια }

ει { ὀρφεῖ, θησεῖ, βασιλεῖ, ἀληθεῖς. }

Verũ hæc posterior olim etiam Latinis in crebro usu fuit, nunc uero penè exoleuit,autore Prisc.& Diomede.

DE CARMINE HEROICO.

Carmen heroicum,quod idem hexametrũ dicitur, constat pedibus numero quidem sex, genere uero

uero

uero duobus, dactylo & spondeo. Quintus locus dactylū, sextus spondeū peculiariter sibi uindicat. Reliqui hūc uel illū prout uolumus. Dactylus con stat è prima longa et duabus breuibus sequētib. ut carmina: spondeus uero è duabus longis, ut uirtus.

Reperitur aliquoties spondeus etiam in quinto loco, ad imitationem græcorū, qualis est Ennianus ille uersiculus è solis spondeis: Ciues Romani tunc facti sunt Campani. Et acclamatio illa apud Athenæū, ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιάν. Persius: Sic costam longo subduximus Apennino. Sic Hesiod. Μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι

δεῦτε δ' ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι.

Sic etiam in ὑπερμέτροις, dactylus aliquando sextū locum occupat, sed proximo uersu à uocali inchoante. Verg.

Inseritur uero ex fœtu nucis arbutus horrida.

Et steriles platani malos gessere ualentes. Et alibi:

Et spumas miscent argenti, uiuaq; sulphura,

Idæasq; pices. Interserunt & alios pedes interdū heorico carmini, sed parcius, qualia sunt illa Vergiliana:

Tenuia nec lanæ per cœlum uellera ferri.

Hic primus pes προκελευσματικὸς est. In illo uero

Fluuiorū rex Eridanus, camposq; per omnes,

ἀνάπαιστος primum occupat locum. Græcis etiam nō ra ro iambus pro spondeo in sexto loco usurpat, quos uersus illi μειούρους appellant, παρὰ τὸ μείουρ καὶ οὐρά. Homerus:

Τρῶες δ' ἐῤῥίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν.

Quem Vergil. ut aliâs nō semel, in illo uersiculo ausus est sequi: Mortem contemnunt laudato uulnere Getæ. Decorū huius carminis obseruata optimorū poëtarū imita tio facile suppeditabit, plenissimū tamen uolunt esse, q̄d ex omnibus cōstat dactylis, ultimo excepto, ut apud Homer.

βῆ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ. Idem:

γλαῦκε τέπον πολεμιστὰ μετ' ἀνδράσι νῦν σε μάλα χρή.

Sic Ennius: At tuba terribili sonitū tarantara dixit.

Vergil. Stat sua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus.

Vltimam cuiuscūq; uersus syllabam pro longa haberi, notius est, quàm ut admonere sit opus.

DE CARMINE ELEGIACO.

Carmen elegiacū, quod & pentametri nomen habet, è duplici cōstat penthemimeri, quarū prior duos pedes dactylicos, spondaicos, uel alternos cō prehendit, cum syllaba longa: altera etiam duos pedes, sed omnino dactylicos, cum syllaba item longa. Est interim penthemimeris (ut id obiter dicā) ea carminis portio, quę duos pedes continet, & syllabam, partem orationis claudentē, ut Omnia uincit amor.

Elegi, παρὰ τὸ ἐλεεῖν τοὺς τεθνεῶτας, uel ut alij παρὰ τὸ ἔλεος nomen sortiuntur, quod defunctorū neniæ, lamentationesq; hoc carminis genere decantari solebant. Nō temere admonuimus, priorē huius carminis partem, penthemimeri claudendā, quod nisi feceris, erit uersus multo durissimus, quales inuenies aliquot apud Catullum, ut ibi

Illam affligit odore, ipse perit podagra. & alibi:

Nec desistere amare, omnia si facias.

Sed hic locus admonet, ut de cæsuris, quas Græci nunc τομὰς, nūc κόμματα appellant, aliquid paulò altius repetamus, quibus & Latini interim utuntur, Gręcos ut solent imitari, quarum quæ ex pede & syllaba conflatur, τριημιμερῆ appellant. Homerus:

οἱ δὲ μέγα | ἰάχοντες ἐπέδραμον υἷες ἀχαιῶν.

Verg.

Verg. Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta.
Quæ uero ex duobus pedibus & ſyllaba cōſiſtit, πενθημιμερὴς dicitur. Homerus:

Ἀλλὰ τάχ' ἀπαρτία | καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται. Verg.
Omnia uincit amor / & nos cedamus amori.

Sed hic locus cogit nos optimi ſimul & eruditiſſimi uiri meminiſſe, nimirū Ioannis Claymondi noſtri, quē ſi memoria nō fallar, olim audiui hūc uerſiculū ita inter prælegendū recitaſſe. Omnia uincit amor, nos & cedamus amori. Siue id πενθημιμερεῖ offenſus fecerit, ſiue ueteris cuiuſpiam exemplaris fidem ſequutus, nobis non perinde liquet, atq; pro exploratiſſimo habetur, nihil eſſe eo uiro eruditius, nihil pertinacioris diligentiæ, nihil exactioris iudicij, nihil deniq; maioris ſanctimoniæ. Qui uir ut in maximis illis & abſtruſiſſimis philoſophorū archanis eruendis eſt abſolutiſſimus quidā artifex: ita ne iſtas quidem grammaticorū minutias interim aut contemnit, aut præterit intactas. Sed nunc ad cæſuras redeo.

ἑφθημιμερὴς ex tribus pedibus cōſtat, & ſyllaba. Homer.
Αὐτὰρ ἐπεὶ Δαναῶν γένος ἰαχή τε | θρόος τε. Verg.
Oſtentans artem pariter / arcumq; ſonantem.

Eſt denique & ἐννεημιμερὴς, quoties poſt quatuor pedes ſyllaba ſententiam claudit. Homerus:

Καί τι σμικρὸν ἐὸν τῷ ἐπάχνωσε | φίλον ἦτορ. Verg.
Ille latus niueum molli fultus / hyacintho.

Vides igitur in cæſuris omnibus ſyllabam breuem, longæ uice uſurpari.

DE QVANTITATE primarū ſyllabarū.

Primarum ſyllabarum quantitatem octo modis cognoſci uolunt:

Poſitione Præpoſitione

Vocali ante uocalem	Diphthongo
Deriuatione	Regula
Compositione	Exemplo.

DE POSITIONE.

Vocalis ante duplicem, aut duas consonantes in eadem dictione, positura longa est, ut uentus, axis, patrizo: in diuersa dictione rarius.

Vocalem breuem à duabus cōsonantibus in diuersa dictione longam fieri, etsi Terentianus neque recens, neque ignobilis autor, etiam Latinis permittit, usu tamē compertum est id rarissime euenire, idq; ut aliâs etiã solet ad Græcorum imitationem. Hesiodus:

δεῦτε δὴ ἐννέπετε σφέτερον πατέρ᾽ ὑμνείουσαι. Sillius.
Immane stridens agitur, crebroq; coacta. Hesiod.
Καίτοι μὲν χάριτας ὑπὸ σφετέρῃσι δαμέντες. Iuuenal.
Occulta spolia, & plures de pace triumphos.

Liberum est & Græcis hanc quoq; syllabam corripere: id quod diximus Latinis poëtis multo receptius esse. Homerus. ὅς γ᾽ αἰ ἐνὶ θήβης
Αἰγυπτίης, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐνὶ κτήματα κεῖται. Ouid.
Spes bona dat uires, animū quoq; spes bona firmat.
Viuere spe uidi, qui moriturus erat. Homer.
Ἀκλεῖς αἴδηλος ὑπαὶ νεφέεσσι σκεδάσθη. Horat.
Ignoscent si quid peccauero stultus amici. Idem:
Linquimus insani ridentes præmia scribæ. Homer.
Τῶν νῦν αἷμα κελαινὸν ἐΰῤῥοον ἀμφὶ σκάμανδρον. Idem:
Ὃν ξάνθον καλέουσι θεοὶ ἄνδρες δὲ σκάμανδρον. Catull.
Testis erit magnis uirtutibus unda Scamandri.

Apud Grecos duplices etiam consonantes idem iuris obtinent. Homerus:

οὐδ' ἄρ' ἔτ' αὐτὸς ἔην, θαῦ δὲ ξανθὸς μελίαργ@. Verg.
Drymoq́;, Xãthoq́;, Ligeaq́;, Philodoceq́;. Hesiod.
τόντε χολωσάμεν@ προσέφη νεφεληγερέτα ζεύς. Verg.
Euriq́; zephyriq́; tument.
Latini tamen usitatius breuem faciunt. Lucan.
Talem fama canit tumidũ super æquora Xerxen.
Vergilius: Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos. Homerus:
οἵτε ζάκυνθον ἔχον ἠδ' οἳ σάμον ἀμφενέμοντο.
Nonnus in eadem dictione idem facere ausus est, quũ ait:
ἐκ ναζαρὲθ δύναται καλὸν ἔμμεναι; εἰρομένῳ δέ.

Vocalis breuis ante consonantẽ sequente liquida communis redditur, ut patris, uolucris. Longa uero non mutatur, ut aratrum, simulacrum.

Ex literis non plures quàm l & r liquidas suprà recensuimus. Obseruabis tamen etiam μ & ν Græcis interdũ liquescere, ut est illud Theocriti:
ἄμμες δ' οὔτε λόγῳ τινὸς ἄξιοι οὔτ' ἀριθμητοί. Callimac.
νύμφης ὡς μεγαρέων οὐ λόγ@ οὐδ' ἀριθμός. Cratin.
ἔστιν ἀκμὼν @ σφυρὰ νεᾶνια δύστριχι πώλῳ. Martial.
Delectat Mariũ, si perniciosus ichneumon. Idem:
Quæ capta est alio nupta Lacæna cycno. Ouid.
Debuit illius misereri, & ignoscere nostri.
Sic enim pleriq́; codices habent, Baptista tamen Egnatius particulam, &, delet.
Præterea μν κτ πτ aliquoties breuẽ uocalem nihil uariãt, quod græce scientibus facile liquet, alijs ueluti surdis ἐς κενὸν κρούεις τὰς χορδάς. Hesiodus:
ἤτε @ ἀπάλαμνόν περ ὅμως ἐπὶ ἔργον ἐγείρει. Idem:
γρῦτε δὲ συγχιᾶσαι ἔκτω δ' ἐς ἄγγε' ἀφύσσαι. Theoc.

Θωρηχθεὶς ὑπὸ βουσὶν ἀνάρσιος αἰγυπτίοισιν. Sillius:

Ecce inter primos Theramneo à ſanguine clauſi.

Eſt quoq; & ubi υ etiam ante conſonantē liqueſcit. Heſiod.

Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμα σὺ χώριον ἄλλο γένηται.

Et in diuerſa item dictione, ut apud eundem:

Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων.

Niſi uelis hic primum pedem per συνεκφώνησιν ſpondęum fieri, quod alibi in Phocylide non licet, ubi ait:

Πλαζόμενόν τε βροτὸν καὶ ἀλίτροπον μήδ' ὑπαλύξῃς.

Hanc græcorū licentiā licet alicubi rideat Martialis, alibi tamen non ueretur ſequi, ut ibi:

Sardonicas, ſmaragdos, adamantas, iaſpidas, uno
Portat in articulo, Stella, Seuere meus.

Hæc poſitio Græcis etiam in diuerſis dictionibus non raro uim habet. Heſiodus:

Δωτῶτε, πρωτῶτε, φερουσάτε, δ' υναμένητε.

Quos & Vergilius non ſemel auſus eſt ſequi, ut ibi:

Terraſq; tractuſq; maris cœlūq; profundū. Idem:
Fonteſq; fluuioſq; uoco. Et idem:
Lappæq; tribuliq;. Et rurſum. (ſari.
Tribulaq; traheæ. Niſi malis hæc per cæſurā excu

Eſt & ubi Græcis ſola liquida ſyllabam breuem extendit, tam in eadem quàm in diuerſa dictione. Homerus:

Ἱμερόεν κονάβησε θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄεισε. Idem:
Δῶρα Διονύσου πολυγηθέος, αὐτὰρ ἐπὴν δή. Et rurſum:
Αὐτὸς δ' ἐλώρια τεῦχε κύνεσσιν. Heſiodus:
Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφελον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι.

Quam licentiā noſtri quoq; nōnunq; uſurpare uidentur. Vergil. Liminaq; lauruſq; dei. Vbi Seruius multa quidem & uera, ἀλλὰ οὐδὲν πρὸς ἔπος. Nam q̃d ait, monoſyllaba interdū negligi, ac uelut ſuperuacanea interſpergi, uerū haud dubie eſt præſertim apud Græcos. Heſiodus:

Ἄσκρῃ

Ἄσκρῃ χεῖμα κακῇ, θέρει δ' ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ. Idem:
εἰ δέκεν ἐργάζῃ τάχα σε ζηλώσει κ' ἀεργός.

Vbi nisi particulas δ' & κ' transiliamus, uersus ratio neuquã constiterit. At istis nihil conuenit locus Vergilianus ubi nulla syllaba omittitur, sed tantum longa breuis fit. Idem ausus est & Persius in choliambo illo:

Cantare credas pegaseium melos.

Politian. nectar legit, motus tum ueteris codicis fide, tum ratione syllabæ: quum tamen syllaba, ut ex his quæ iam diximus liquere puto, nihil impedit.

VOCALIS ANTE ALTERAM.

Vocalis ante alteram in eadem dictione ubique breuis est, ut deus. Excipias genitiuos in ius, ut illiùs, unius, &c. ubi i cõmunis reperitur, prætereꝗ in alius, ubi semper longa est, ut contrà in alterius semper breuis. Excipiendi sunt etiam genitiui & datiui quintæ, ubi e inter geminũ i longa fit, ut faciei, quod alioqui non contingit, ut spei, rei, fidei: licet Lucretius audeat id aliquando usurpare.

Fi item in fio longa est, nisi post e sequatur r, ut fierem fieri. Iuuenal. Sic fiunt octo mariti. Idem: Quod fieri non posse putes.

Ohe interiectio, priorem syllabã ancipitẽ habet.

Terentianus citra exemplũ produxit ri, in alterius, ꝙd & Priscianus annotauit. Lucretius priorem syllabam in rei producit aliquoties, ut ibi:

Pręterea rei quæ corpora mittere posset. Et rursum:
Cuius uti memoro rei simulacrum & imago.

Idem autor priorem etiã in Ei pronomine produxisse de-

prehenditur, ut in eo uersu, lib. 6.

Scilicet & fluuius, qui uisus maximus ei. Et in eodē lib. Et manibus nitidum teneris opus effluit ei.

Priscianus ait esse natura uocem monosyllabā, sed κατὰ διαίρεσιν disiungi, ne uideatur esse interiectio. Atq; ita usus est Catullus ad Quintium, quum ait:

Eripere ei noli, multo quod charius illi Est oculis.

Vocalis ante alteram in grēcis dictionibus subinde lōga fit, ut Dicite Pïerides: Respice Laërten. Et in possessiuis, ut Aeneïa nutrix. Rhodopeïus Orpheus.

Huius negocij ratio à Græcis petenda est: interim tamē obseruabit puer, quē in Latinis poëtis crebriora occurrūt. Vergil. Dicite Pïerides. Hesiodus: Μοῦσαι πιερίηθεν. Idem: Dia camilla. Homerus: Διὸς ὀδυσσεύς, Διὸς Ἀχιλλεύς, Εἰς ἅλα δῖαν.

Cuiusmodi sunt & alia multa, quod genus sunt

ἀήρ	Aër
ναΐς	Nais
ἰάπετος	Iapetus
ἰαπετιονίδης	Iapetionides
λαοδάμεια	Laodamîa
λαέρτης	Laërtes
θυάς	Thyas
πίερος	Pierus. & similia sexcenta.

Est tamen interdum apud Græcos ubi in eadem dictione uocalis longa uel breuis ante alteram cōmunis fit. Hesiod.

Αὐτίκα πὰρ δὲ πατρὶ καθεζομένη κρονίωνι
Τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε κρονίων.

I consonans inter duas uocales duplex fit, etiāsi uocalem sequentē amittat, ut Gaius Gaij, cuius cui.

In Ei

In Ei tamen pronomine manet uocalis. In istis uero dictionibus, dij dijs, ijdem ijsdem, deinde deinceps, semianimis, semihomo, semiustus et huiusmodi: Item in uocibus à uerbo sum à uocali incipientibus, & cum de præpositione, ut deest, deerat, deerit, plerunque uocalis prior inter numerandū abijcitur. Postremo uocalis ante alterā in diuersis dictionibus, præter o & heu, atteritur: ut

Phillida amo ante alias.

Hæc uocalis Græcis non colliditur: liberum tamen est si breuis fuerit, uel tollere per apostrophon, uel minus. Hesiod. τοπρόσθεν τόρπ᾽ ἔτι βροτὸς ἐπ᾽ ἀπείρονα γαῖαν

ὡραῖος δὲ γυναῖκα τέον ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι.

Atque hanc collidendi formam tum alibi, tum etiam in Plautinis ac Terentianis fabulis seruatam uides. Quod si longa fuerit uocalis, deleri neutiquam potest, pro cōmuni tamen usurpatur. Homerus:

Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ

πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε. Idem:

ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐν Ἄργεϊ τηλόθι πάτρης.

Quam ueniam et nostri poëtæ, ut & Vergil. in primis, non uno tantum loco sibi permittere solet, dummodo uocalem longam non tollit quidem, sed breuem efficit, ut in istis quę subiunximus cernere licet:

Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Te Corydon ô Alexi, trahit sua quenque uoluptas.

Insulæ Ionio in magno, quas dira Celæno.

Victor apud rapidum Simoënta sub Ilio alto.

Modo rursus longa manet, ut

Stant & iuniperi & castaneæ hirsutæ.

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.
Tu'ne ille Aeneas quem Dardanio Anchisę.

M quoq; colliditur, si priori dictioni adhęreat, ut
Monstrum horrendū, informe, ingens, cui lumen ademptum.

Hæc collisio aliquando apud ueteres negligebať, ut Ennius apud Priscianum:
Insignita ferè tum millia militum octo. Lucret.
Corporū officiū est, quoniā premere oīa deorsum.
Idem in s quoq; aliquoties fit, proxima dictione uel à consonante uel à uocali incipiente, ut Ennius apud Gell.
Doctus, fidelis, suauis homo, facundus, suoq;
Contentus, atq; beatus, scitus, secunda loquens in
Tempore, cōmodus, & uerborū uir paucorū. Vergil.
Aut ouiū fœtus, aut urentes culta capellas. Catull.
Affixus nostris tu dabis supplicium.

DE DERIVATIONE.

Deriuata eandem cum primitiuis quantitatē sortiuntur, ut amator, amicus, amabilis prima breui ab amo. Excipiuntur tamen pauca, quæ à breuibus deducta, primam producunt: cuius generis sunt

Vox uocis, à uoco.	Iucundus à iuuo.
Lex legis, à lego.	Iunior à iuuenis.
Rex regis, à rego.	Mobilis à moueo.
Sedes à sedeo.	Humanus ab homo.
Iumentum à iuuo.	Vomer à uomo.
Fomes à foueo.	Pedor à pede.

Sunt rursus quæ contrà à longis deducta corripiuntur,

untur, qualia ſunt,

Dux ducis, à duco.	Genui à gigno.
Dicax, maledicus, & id genus à dico.	Fragor & Fragilis } à frango.
Fides à fio.	Noto, as, à notu.
Arena & Ariſta } ab areo.	Nato, as, à natu.
	Diſertus à diſſero.
Poſui à pono.	Sopor à ſopio.

Et alia nõnulla ex utroq; genere, quæ relinquo ſtudioſis inter legendum obſeruanda; nam nos non omnia, ſed præcipua colligere inſtituimus.

DE COMPOSITIONE.

Compoſita ſimplicium quantitatem ſequuntur, eaq; accentu potiſſimum demonſtratur, ut

Potens	Impotens	Solor	Cõſôlor
Lego, is	Perlego	Lego, as	Allêgo

Excipiunt tamẽ hæc breuia à longis enata, nempe

Innuba & Pronuba, à nubo.	Infio & Suffio, à fio.
Deiero & Peiero, à iuro.	& ſi qua ſunt alia id genus.

Sunt rurſus quæ à breuibus conflata, prioris ſyllabæ naturam immutant, ut

Ambîtus, participium ab itum.
Comitium, à con & itum.
Conuitium, à con & uitium.

Notatur & ſemiſopita apud Ouid. à ſôpitus.

DE PRAEPOSITIONE.

Ex præpositionibus hæ in primis producũtur, à,è,de,præ,se: nisi uocali sequente, ut, Vnda dehiscens,Sudibus'ue præustis,apud Vergiliũ. Pro, quoq; longa est,nisi in istis:

Procella	Profor
Profugus	Proficiscor
Proteruus	Propero
Pronepos	Profiteor
Propago pro stirpe	Profugio
Prophanus	Profecto
Profundus.	

Nam procuro, profundo,propello,propulso,propago,as, primã syllabam ancipitem habent. Postremo προφήτης & προπίνω græca sunt. Di,quoq; longa est,præterquã in dirimo & disertus. Reliquæ præpositiones,si positio finit,corripiuntur.

DE DIPHTHONGO.

Omnis diphthongus longa est,ut aurum,euge, nisi uocali sequente,ut præire.

In græcis dictionibus diphthongus à sequenti uocali aliquando corripitur etiam. Theocritus:

νύμφα καὶ προγένειος ἀπάγξασθαί με ποιήσεις. Idem:
οὔτε τις ἐν ταλάρῳ πανίσδεται ἔργα τοιαῦτα. Homer.
ἕδμεναι οἷα σύες χαμαιευνάδες αἰὲν ἔδουσιν. Idem:
Ἕκτορ υἱὲ Πριάμοιο τὶν δὲ σὺ νόσφιν ἀπ' ἄλλων. Idem:
Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι. Idem:
οὐ λήσεις γε θεὸς φυσύγνατε ταῦτα ποιήσας. Ouid.

Non hic Aesonides, sed filia Phasis Aeetæ. Idem:

Aeneadasq; meo nomen de nomine fingo.

pro τοῦ αἰνείου καὶ αἰνεαδάς.

Huc pertinet & σύζευξις illa siue συναλοιφὴ, quoties ex duabus syllabis conglutinatis una fit, siue prior uocalis breuis sit siue contrà. Homerus:

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος. Hesiod.

Ὥρη γάρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε. Idem:

Βουσὶ καὶ ἡμιόνοισι ἐπηετανόν, αὐτὰρ ἔπειτα. Et alibi:

Τῆμος δ' ὡμίσου βουσὶν ἐπὶ δ' ἀνέρι τὸ πλέον εἴη.

Qualia sunt multa, & passim apud Græcos, unde & nostri didicerunt idem aliquando audere. Vergilius:

Seu lento fuerint aluearia uimine texta. Idem:

Bis patriæ cecidere manus, quin protinus omnia.

Rursũ: Ferreiq; Eumenidũ thalami, & discordia demens.

Ouid. Notus amor Phedræ, nota est iniuria Thesei. Tibull. Rure leuis uerno flores apis ingerit alueo. Proper.

Eosdem habuit secum, quibus est elata capillos.

Eosdem oculos, lateri uestis adusta fuit. Verg.

Vna eademq; uia, sanguisq; animusq; sequuntur.

Idem: Vno eodemq; tulit partu, paribusq; reuinxit.

Qualia sunt & alia nõnulla, quæ latinos grammaticos non leuiter torserunt. Est rursum ubi ex dissectis uocabulis duæ syllabæ ex una fiant κατὰ διαίρεσιν. Catullus:

Condita quin ueri pectoris euoluãm. Ouidius:

Debuerant fusos euoluïsse suos. Statius:

Imò agite, & positis quas nox inopina süasit. Horat.

Quũ mihi non tantũ furesq; feræq; süetæ. Lucan.

Fundat ab extremo flauos aquilone Süeuos.

Vergil. Aulaï in medio. Et alibi: Diues pictaï uestis & auri. Quod & Lucretio in uocibus primæ declinationis, non tam familiare est, q; perpetuũ. Cæterũ hoc ut & alia

omnia à Græcis mutuati ſumus. Heſiodus:

Κρῦψε δὲ πῦρ, τὸ μὲν αὖθις ἐῢς πάϊς ἰαπετοῖο. Idem:
Καὶ ἀγρύος ἀθανάτῃς δὲ θεῇς εἰς ὦπα ἐΐσκειν. Idem:
Ὁρμοὺς χρυσείους ἔθεσαν χροῒ ἀμφὶ δ᾽ τλώγε. Homer.
Τὸς μὲν ἐᾶ πρὰ τῆσι πόνοιντ᾽ ἐχέμεν καὶ ὀϊζυῶ. Idem:
Λήθω μαρνάμενος, σὲ δὲ ἴδμεναι αὐτὸν ὀΐω. Idem:
Ἀπὸ δ᾽ ἔπλετο πικρὸς ὀϊστός.

Cuiuſmodi apud Græcos poëtas paſſim occurrunt.

DE REGVLA.

Omne præteritum diſſyllabum, priorem habet longam, ut legi, emi: Excipias bibi, dedi, ſcidi, ſteti, tuli. Præteritū item geminantia, primam itidem breuem habent, ut cecidi à cado, cecîdi à cædo: pependi, tetendi, totondi, momordi, pepedi, fefelli, tutudi, tetegi, pupugi, didici, & ſimilia.

Catullus duriuſcule iuerit, pro iuuerit per ſyncopā dixit, prima breui. Et Ennius licenter cōtûdit penultima longa.

Quin & ſupinum diſſyllabum, priorem quoque producit, ut motum, latum, cretum. Excipe quitū, ſitum, litum, itum, rutum, ratum, datum, ſatum, & citum à cieo, es. Porrò citum, à cio, is, quartæ, priorem habet longam.

Hic obiter notabis, q̄d quanta fuerit prima præſentis, præteriti, aut ſupini, tanta erit & eorum, quę ab his enaſcentur.

Adijciunt grāmatici diſſyllabis iſtis ſupinis, quæ penultimam contrahunt, etiam ſtatum. Priſcian. tamen longā eſſe contendit, quod & ſtaturus participium, & ſtator ſatis indicant,

cant,quemadmodũ & composita item,ut

Constatum Obstatum Præstatum.

Si tamen a in i mutauerint, id quod multo usitatius faciunt,penultimam corripere nulli ignotũ est,ut

Constitum Obstitum Præstitum

Verum nomina à statum, a corripiũt,ut hic status, tus, tui:status,a,um, & stabilis.

DE EXEMPLO.

Vt exemplo quantitatem syllabarũ cognoscas, non est aliud præcipiendum,quàm ut habeas optimos quosq; poëtas familiares,à quibus sicubi hæsitaueris,consilium tutissimum petas.

DE MEDIIS SYLLABIS.

Mediæ syllab æ partim eadem ratione qua primæ,partim etiam coniugationis analogia,accentu, & penultima genitiui cognosci possunt.

Accentus nisi in hyperdissyllabis nihil certi indicat:at in illis,modò recte legeris,semper cuiuscũq; dictionis penultimam ad unguem explorat, longá ne fuerit an contracta. Penultima genitiui subinde cognoscitur ea syllaba,quæ in alijs casibus antepe nultima est, ut in dictione Lapidibus, syllaba di,quandoquidem penult.est accentu deprehenditur esse breuis : pi uero quæ hic antepenultimæ loco ponitur; penultima genitiui lapidis ostenditur etiam corripi debere. Eadem ratio ub'q; fere excutiet mediarũ syllabarum quantitatem,tam in nominibus quàm in uerbis,siue simplicibus siue compositis : si modò eam syllabam de qua dubitas,resecta,aut composita dictione, ad penultimã redigere poteris,ubi accentus indicio,uti paulò ante diximus,facile

apparebit quanta fuerit. Cæterum ut quod dicimus exem plo clarius fiat, sumatur loco exempli dictio Amauerimus: In qua præter unam ultimã nulla syllaba est, quæ non posset esse antepenultima, itaque & accentus beneficio internosci. Siquidem prima syllaba uidelicet a, si thema ipsum cõposueris, accentu breuis erit, ut adamo: ma, analogia coniugationis producetur: ue breuis, quia penultima in amaueris: ri item breuis, accentus ratione, quia penultima prę teriti, non futuri, subiunctiui. Atque ad hunc modum in alijs omnibus exercitari possunt pueri, multo minori negocio quàm in permolestis illis grãmaticorũ regulis, quas de medijs syllabis scribere solent, neque, nisi fallor, minore fructu.

DE VLTIMIS SYLLABIS.

Quoniam ultimæ syllabæ ipsum literarũ numerum aut ęquant, aut superant, non pigebit illas etiã ordine percurrere.

A Primum a finita producuntur, ut ama, contra. Excipias puta, ita, quia: omnes item nominatiuos, accusatiuos & uocatiuos in a, cuiuscunque generis, numeri, aut declinationis, præter uocatiuos in a, à Græcis in as, ut ô Aenea. Numeralia in ginta finalem habent cõmunem.

Contra, apud Lucretium & Manilium ultimam corripit, sed licenter: ut & Vltra, apud Serenum. Postea, apud Ouidium, duarum dictionum loco nõ semel positum apparet. Antea, primo Aeneid. non præpositio est, sed accusatiuus proprij nominis, teste Seruio.

Nomina græca in ας primæ inflexionis, uocatiuum singularem in α productum mittunt, ut

ὁ αἰνέας.

ὁ	αἰνέας	ὦ	αἰνέα
	ἀρχύτας		ἀρχύτα
	πυθαγόρας		πυθαγόρα
	λυσίας		λυσία.

In της contra in α breuem, ut

ὁ	ποιητής	ὦ	ποιητά
	τοξότης		τοξότα
	προφήτης		προφήτα
	μητίετης		μητίετα
	νεφεληγερέτης		νεφεληγερέτα. & similia.

Vbi obiter aduertendum est, hunc uocatiuũ in α, Græcis aliquãdo nominatiui uice usurpari, idq́ potissimum more αἰολικῷ, βοιωτικῷ καὶ θεσσαλικῷ. Sic Homerus:

οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς. Hesiod.

τόνδε χολωσάμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς.

Sic & è nostris Propertius:

Non ita Dardanio gauisus Atrida triumpho.

Quod & Latini in plerisq́ huiuscemodi uocibus sibi permittunt, dum è uocatiuo græco in α, suum nominatiuũ deducunt, qua ratione ab

ὦ	γεωμέτρα	fit hic	Geometra
	βιβλιοπῶλα		Bibliopola
	παιδοτρίβα		Pædotriba
	σοφιστά		Sophista
	σκύθα		Scytha
	πέρσα		Persa.

Et sic de aliis id genus.

Quin & Persius græcorũ licentiam imitatus, idem in latina uoce ausus est, quum ait:

Censorem ue tuum, uel quod trabeate salutas.

Trabeate pro trabeatus dixit, autore Prisciano.

Eſt rurſum ubi contrà nominatiuus pro uocatiuo ponitur, quod Atticis peculiare eſſe conſtat. Homerus:

ἠέλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις. Verg.

Corniger heſperidum fluuius regnator aquarum.

Fluuius pro fluuie uſus eſt.

Reperiuntur & fœminina quædam grçca, in quibus nõ raro a product. legitͤ apud Latinos: de quo genere ſunt,

ἡ { τέγεα, νέμεα, μάλεα } Hæc { Tegea, Nemea, Malea.

Stat. Non Tegea, non ipſa deo uocat alite felix. Idem:

Te Nemea, tibi Lerna comas, Lariſſaq; ſupplex.

Idem: Quos pylos, & dubijs Malea uitata carinis.

Quale eſt & illud Naſonis:

Mittit Hypermeſtra de tot modo fratribus uni.

Et illud rurſum Ciceronis in Arato:

Electra, Steropeq;, ſimul ſanctiſſima Maia.

Licet hæc forſan cæſura longa fieri poſſunt.

Cæterum hæc & his ſimilia eò uerboſius inculcamus, ut liquidò uel lippis appareat, quàm penitus totum oleum & operam perdant, qui citra græcarũ literarum præſidium, latinos poëtas enarrandos ſuſcipiunt. Tametſi haud dubito nõ paucos futuros, græce quidem neſcientes, et alioqui nõ indoctos homines, qui mihi hoc loco fortiter reclamabunt: Quorum tamen iudicium, præſertim in hoc negocio, non uſqueadeo moror, quin auſim ſtudioſos pueros, id quod uerum eſt, admonere.

B D T In b, d, t, deſinentia breuia ſunt, ut ab, ad, caput, niſi poſitura aut ſyncopa uetet, ut amant, haud, obit, pro obiuit.

Sedulius, ab, produxit eo uerſu:

Ab hac

Ab hac ergo pedem retro faciamus, & arctum
Corde petamus iter. Ratus ut uidetur, h uim consonãtis aliquãdo retinere: de qua re alio loco egimus.

Hebraica & barbara in b & d producunt aliquando, ut Iob, Iacob, Aminadab, Dauid, & similia: Sed ratione uocalis uel diphthongi præcedentis. Iuuencus:

Hoc Iacob etenim puteo cum prole bibebat.

Illa uero quæ in in t desinentia, συνωνύμως priuilegio produci diximus, quale est illud Iuuenalis:

Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni,

nescio an per cæsuram excusari possint: Proinde non fuerim tibi autor, ut in hac parte nimium sis audaculus, ubique memor, quod tantum opere in longo fas est obrepere somnum. Quę in m desinunt, olim (ut alibi admonuimus) corripiebant: nobis uero aut positione longa sunt, aut per ἔκθλιψιν intermoriuntur.

C finita producuntur, ut dic, duc, halec. Præter nec, & donec, quæ breuia sunt: & Hic pronomen quod est commune. C

De hic, hoc, fac, lac, grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est. Tu interim quod tutius est imitare. Lac apud Serenum producitur, quem licebit sequi, donec probatior aliquis occurrat.

E finita breuia sunt, ut mare, penè, lege. Excipe quæ à Græcis per η scribuntur, cuiuscunque fuerint casus, generis, aut numeri, ut E

βακχῆ		Bacche apud Horat.
λήθη	Hæc	Lethe
δανάη		Danaë
θήβη		Thebe

ἡ { νύμφη, πηνελόπη, πασιφάη } Hæc { Nymphe, Penelope, Pasiphaë.

Sic & uocatiui primæ declinationis in η, ut

ὦ { ἀγχίση, ἀτρείδη, πηλείδη, κρονείδη } ô { Anchiſe, Atride, Pelide, Cronide.

Et neutra pluralia, qualia ſunt,

τὰ { τέμπη, μέλη, κήτη } Hæc { Tempe, Mele, apud Lucret. Cete.

Excipiendæ ſunt etiam omnes uoces quintę inflexionis in e, unà cum aduerbijs inde enatis, quod genus ſunt, hodie, pridie, poſtridie, quotidie, quare: ut & ſecundæ item perſonæ ſingulares ſecundæ coniugationis, ut doce, mane. Producuntur item monoſyllaba, ut me, te, ſe,: præter que, ue, ne coniunctiones ἐγκλιτικάς. Poſtremo longa ſunt & aduerbia in e, ab adiectiuis deducta, ut docte, iuſte, ualde pro ualide: quibus accedũt fermè et ferè. Bene tamen & male corripiuntur.

Ablatiuus fame, plerunque producitur, propterea quod fames olim quintæ erat declinationis, ut eſt autor Gellius libro nono, capite decimoquarto.

Quoties uale, caue, uide. ſtate, & his ſimilia, ultima breui reperire continget, memineris tertij eſſe ordinis, nõ ſecundi. Nam nonnulla ſecundæ coniugationis uerba in tertiam

aliquando

aliquando migrare alio loco admonuimus. De qua re habes & caput apud Nonium Marcellum.

☞ Appositiones syllabicę, dictiones monosyllabæ nō sunt sed potius ultimæ aliarum dictionum syllabæ, & proinde breues: Cuius farinæ sunt, huiusce, hisce, illicce, tute, tuapte, & cætera.

I finita longa sunt, ut dei, amari: præter, mihi, tibi, sibi, ubi, ibi, quorū prior breuis est, altera indifferens. At in nisi & quasi utraq; corripitur. Datiui item & uocatiui Græcorū, quorū genitiuus in os breue, exit, ut huic Palladi, ô Amarylli.

De gręcis in i nusquam non occurrunt exempla, etiam apud poëtas Latinos. Statius:

Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorē. Catull.
Morte ferox Theseus qualē Minoidi luctū. Ouid.
Phylli face expectes Demophoonta tuum. Vergil.
Mirabar quid mœsta deos Amarylli uocares. Ouid.
Bella gerant alij, tu Pari semper ama. Verg.
Te Corydon ô Alexi, trahit sua quenq; uoluptas.
Idem: Daphni tuum pœnos etiam ingemuisse leones.

Verum in istis ut penè in alijs omnibus, Græcorum uestigijs insistimus. Theocritus:

Δάφνιδι τῷ χαρίεντι συνάντετο βουκολέοντι
μᾶλα νέμων, ὡς φαντί, κατ' ὤρεα μακρὰ Μενάλκας. Idem:
Κ' ἦφα, Δάφνι τάλαν, τί τὺ τάκεαι, ἁ δέ τε κώρα
πᾶσαν ἀνὰ κράνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται. Idem:
Κύπρι νεμεσσατά, Κύπρι θνατοῖσιν ἀπεχθής. Homer.
Αὐτὰρ ὁ αὖτε Πέλοψ δῶκ' Ἀτρέϊ ποιμένι λαῶν.
Ἀτρεὺς δὲ θνήσκων ἔλιπε πολύαρνι Θυέστῃ.

Αὐτὰρ ὁ αὖτις θυὶς ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι.

Et alibi: Βοῶν κ' ἴθι ἴεσι ταχεῖα ποσείδάωνι ἄνακτι.

Græca item per υ ψιλὸν corripiuntur.

Homer. Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί, χαλεπὸν δέ τ' ὀρύσσειν.

Hesiod. Ἀλλ' εὐθὺς μυθεῖται, ἀπωστρέφει γόνυ κνήμας.

L L finita corripiunt, ut animal, Annibal, mel, cõsul. Præter sal, sol, pol, nil, κατὰ συναίρεσιν à nihil: barbara quædam in el, ut Michaël, Daniël, &c.

N N finita producuntur, ut hymen, delphin. Excipe forsan, forsitan, tamen, attamen, an, in, cum cõpositis, ut exin, subin, dein, uiden, men, et alia id genus, quæ ad eundem modum per ἀποκοπὴν castrantur. Neutra item in en, ut carmen: græca in on per ομικρὸν, cuiuscunque fuerint casus, ut Ilion, caucason, à nominatiuo καύκασος, pylon à πύλος. & quædam in in, ut Alexin: in yn, ut ityn: in an à nominatiuis in a, ut Aeginan, ab Aegina.

Hæc quæ apocopen patiuntur, ut uiden, alij longa natura esse contendunt, inter quos est Seruius primæ autoritatis grãmaticus: alij cõtrà breuem, quod uiden apud Verg. Tibull. Papiniũ, ultima correpta reperiat, quos interim licebit sequi, uel inuito Seruio, donec certius aliquid afferat. Græca in ων per ω producuntur, ut

Σαρπηδών ἀκταίων πανδίων ἰξίων	Hic	Sarpedon Actæon Pandion Ixion.

Vergil. Sarpedon ubi tot Simois correpta sub undis.

Ouid. Actæon ego sum, dominũ cognoscite uestrum.

Idem:

Idem: Quem sibi Pandion opibusq; uirisq; potentẽ.
Horat. Perfidus Ixion, Io uaga, tristis Orestes.
Sic & genitiui plurales, ut

τῶν { κιμμερίων / ἐπιγραμμάτων — Horũ { Cimmeriôn / Epigrammatôn

Homer. Ἔνθα δὲ κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε.
Tibull. Cimmeriôn etiam obscuras accessit ad oras.
At in ον per ο μικρὸν ut diximus, breuia sunt, ut

τὸ { ἴλιον / πήλιον — Hoc { Ilion / Pelion.

Ouid. Ilion & Tenedos, Simoisq; & Xanthus, & Ida,
Lucan. Pelion opponit radijs nascentibus umbras.
Sic & accusatiui quoque, ut

τὸν { ὄρφεον / μενέλαον — Hunc { Orpheon / Meneleon.

Ouid. Strymoniæ matres Orpheon esse ratæ.
Idem: Tu fore tam lentum iusta Menelaon in ira.
Et in an fœminina, ut

τὴν { αἴγιναν / δηϊδάμειαν — Hanc { Aeginan / Didamian.

Papin. Nanq; ferunt raptam patrijs Aeginan ab undis.
Idem: Quid si nunc aliquis patrijs rapturus ab oris
Deidamian eat. &c.
In in quoque & yn utriusque generis, ut

τὸν { ἴβιν / ἴτυν — Hunc { Ibin / Ityn
τὴν πρόκριν — hanc Procrin.

Ouid. Et fletu madidis Ibin adite genis.
Idem: Tantaq; nox animi est, Ityn huc accersite, dixit.
Idem: Procrin habe dixit, q̃d si mea prouida mens est.
Cæterum accusatiui in an, uel en, primæ declin. Græcorũ, & secundæ item in en, produci debent, ut

τὸν { αἰνέαν, λαέρτην, ἀλκείδην, πυλάδην }

τὴν { εὐρώπην, ἀστερίην, ἀμφιτρίτην, ἑλένην. }

Ouidius:

Aenean animo, nocte dieq; refert. Idem:

Respice Laërten, ut iam sua lumina condas. Idem:

Mittor ad Alciden à cõiuge conscia mentis. Idem:

Semper habe Pyladen aliquem, qui curet Orestem.

Rhemnius: Europen Asiæ Tanais disiungit ab oris.

Ouidius: Fecit & Asterien aquila luctante teneri.

Verum huiuscemodi & consimilium ratio à græcis peti debet. At quibus non contigit illius linguæ copia, suis partibus satis functi uidebuntur, si interim recte monentibus credere non dedignentur.

O O finita cõmunia sunt, ut amo, uirgo, legendo, & cætera gerundia: præter obliquos in o, ut domino, cum monosyllabis, ut do, sto: & græcis per ω μέγα, ut δηλῶ, κλεζῶ, σαπφῶ, præter ἐγὼ, quod sæpius corripitur, ut & duo, cito, modo, & scio cum compositis, ut quomodo, nescio.

Cum obliquis in o conspirant & aduerbia quædã à nominibus deriuata, ut tanto, quanto, liquido, falso, manifesto, primo, & similia.

Ex illis quæ per ω μέγα scribuntur, pleraq; propria mulierum sunt, præsertim quæ Latinis in usu sunt, ut

ἡ { ἐρατώ, καλυψώ, λητώ, ἡρώ, ἰνώ }

κλωθώ
δρυμώ
ξανθώ
ἀληκτώ
ἰώ

ἠχώ

ἠχώ μάντω
Iuno, Latina uox est. ἀργώ. &c. Vergil.
Drymoq́; Xanthoq́; Ligeaq́; Philodoceq́. Ouid.
Me certe Sappho meliorem fecit amicæ. Idem:
Ante oculos Io, quamuis auersus habebat. Idem:
Non mihi sunt uisæ Clio, Cliûsq́ sorores.

Notandi sunt & genitiui Attici, ut

τοῦ μενέλεω / νικόλεω — τοῦ ἀνδρόγεω / ἀπολλώ, apud Paulum prima Corinth. nō semel. Ne credas Mamotrecto, qui hanc uocem indeclinabilem esse putat, quū nominatiuus ἀπολλῶς legatur Actorū cap. 18. & 1. Corinth. 3. Vergil.

Androgeo galeam. Et alibi:
In foribus lethum Androgeo.

Obseruabis & quatuor illos accusatiuos, de quibus Gaza in secundo τῶν τεσσάρων, nempe

τὸν ἄθω / λαγώ — τὴν κῶ / τέω. & ἀπόλλω ad Titum capite tertio. Vergilius:

Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo.

Hic ω in Atho licet natura longa sit, tamen ob uocalem sequentem corripit græcorū cōsuetudine, ut suprà diximus.

P In p una tantum uox reperitur eaq́; prisca, nimirum uolup, quam & Ennius apud Gelliū lib. duodecimo, capite quarto producit, isto quem subiunximus uersiculo:

Quo cum multa uolup, ac gaudia clamq́; palamq́.

R R finita corripiūtur, ut cæsar, per, uir, uxor, turtur. Excipe far, lar, nar, uer, fur, cur, & par cū compositis, & græca quædam in ηρ, ut

ὁ { ἀὴρ, κρατὴρ, αἰθὴρ, χαρακτὴρ — Hic { Aër, Crater, Aether, Character & similia.

Præter πατὴρ καὶ μητὴρ, pater & mater, quæ apud Latinos ultimam breuem habent.

Cor semel apud Ouid. product. legitur, aliâs, quod sciã, ubiq; correptum. Quod Latini in πατὴρ & μητὴρ sibi perpetuò permittunt, idem etiam in κελτιβὴρ & λωτὴρ aliquando audere solent. Martialis:

Ducit ad auriferas q̃d me salo celtiber oras. Tibul.
Exiguus pulla per uada lynter aqua.

Sumptum & hoc à Græcis, quibus η in ε suam breuem nõ raro uerti cernimus, nisi forsan uocatiuũ græcum in nostrũ nominatiuum mutari dixeris, quod interdum contingere, suprà ostensum est. Quin & illud quoque fortasse nõ fuerit præter institutum annotasse, esse uidelicet propria quædam græca in ωρ, quæ licet illis longa sint, nostris tamẽ pro breuibus usurpantur: Cuius generis sunt,

ὁ { ἕκτωρ, νέστωρ — { ἀγήνωρ, μνήστωρ. & consimilia.

Ouid. Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.

S finita cum uocalibus pares habent terminationes, nempe as, es, is, os, us. Primo as finita producuntur, ut amas, musas. Præter græca quædam, quorum genitiui singul. in dos exeunt, ut arcas, pallas, & accusatiuos plural. nominũ περιττοσυλλάβων, ut heroas, phyllidas.

Exemplum de nominatiuis. Ouidius:

Arcas adest ter quinq; ferens natalibus annos.

Persius

Persius: Hoc natat in labris, & in udo est Menas & Atys.
Horat. Pythias emuncto lucrata Simone talentum.
Ouid. Pallas anum simulat, posuitq; ad tempora canos.
Idem: Quatuor autumnos Pleïas orta fuit.
Exemplum de accusatiuis:
Martial. Phineas inuites, Apher & Oedipodas.
Ouid. In te fingebam uiolentos Troas ituros.
Verg. Permixtos heroas, & ipse uidebitur illis.
Idem: Aonas in montes, ut duxerit una sororum.
Idem: Indulgent uino, uertunt craterâs anhelos.
Persius: Phyllidas hypsiphilas, uatum & plorabile si quid.
Ausonius as in Helias corripit, quum ait:
Helias & solido cum corpore præuius Aenoch.

Es finita etiã longa sunt, ut Anchises, doces, patres. Excipiuntur tertiæ inflexionis quæ penultimam genitiui crescentis corripiũt, ut miles, seges: præter aries, abies, Ceres, paries, & pes cum compositis. Es quoq; à sum unà cum compositis corripitur, cuiuscunq; fuerit modi, ut ades, potes. Quibus penes adiungi potest, & nominatiui plurales græcorum, ut Maïdes, Cyclopes.

Teres à grammaticis inter producta recensetur, quũ tamen Ouid. secũdo Metamorph. aliter utatur, ita scribens:
Vt teres in dextra, qua somnos ducit & arcet
Virga sit.
Prisćian. Probum sequutus; Inquies contra naturam primitiui sui corripi uult: ego sine autoritate nihil præcipiendum censeo. Pes & composita, ut bipes, tripes, quadrupes, sonipes, & quæ sunt his similia, produci, satis indicant poëtarum testimonia passim obuia. Quare nec audiẽdus est Pro

bus grammaticus, qui pes corripi contendit: Nec imitandus Ausonius, qui in Griphis ita scriptũ reliquit: Qui bipes & quadrupes foret, & tripes omnia solus. Græca uero in es, si sint nominatiui primæ declin. producunt, ut

ὁ	χρύσης	Hic	Chryses
	ξέρξης		Xerxes
	θαλῆς		Thales
	ἑρμῆς		Hermes
	μωσῆς		Moses. &c.

Item genitiui secundæ, ut

τῆς	φοιβῆς	Huius	Phœbes
	διαλεκτικῆς		Dialectices
	παρασκευῆς		Parasceues
	πεντηκοστῆς		Pentecostes.

At neutra in ες quintæ græcorum, breuia sunt, ut

τὸ	ἱππομανὲς	Hoc	Hippomanes
	κακόηθες		Cacoëthes
	καλόηθες		Caloëthes
	ἀληθὲς		Alethes.

Et nominatiui plurales eiusdem, ut suprà diximus: ut

οἱ	κύκλωπες	Hi	Cyclopes
	αἰθίοπες		Aethiopes
	φοίνικες		Phœnices
	δελφῖνες		Delphines
	ἀγῶνες		Agones. & id genus

innumera. Sed de his omnibus satis ubiq; exemplorũ, etiã apud poëtas latinos. Proinde festinantibus nobis & compendium professis, sat erit de singulis singula adscripsisse testimonia. Pro primo itaq; satisfaciat illud Vergilij:

1 Anchises alacris palmas utrasq; tetendit. Ouid.
2 Ipsaq; erat Beroë Semeles Epidauria nutrix. Iuuenal.
3 Scribendi cacoëthes, & ægro in corde senescit. Verg.

4 Infan

4 Infandi Cyclopes & altis montibus errant. 15

Is finita corripiūtur, ut Paris, ignis. Excipe obli quos plurales, ut musis, templis, quis pro quibus, cum producentibus penult. genitiui crescentis, ut Samnis samnitis. Et in εις per diphthongū, ut Simoεις, Pyroεις. Et monosyllaba, ut uis, lis: præter is & quis nominatiuos, & bis apud Ouid. Istis accedunt uelis, malis, nolis: cum secūdis personis singularibus quartæ coniug. ut audis. Secunda uero persona futuri subiunctiui in ris, & plurali syllaba ri, ut in prosa oratione, autore Diomede, produci debent: ita in carmine nunc breues, nunc longæ reperiuntur. Ouidius:

Da mihi te placidum, dederis in carmine uires.

Iuuenal. Græculus esuriens, in cœlum, iusseris, ibit.

Ouid. Copia nec uobis ullo prohibente uidendi
Consulis, ut limen contigeritis erit.

Lucret. Quas ob res ubi uiderimus nil posse creari
De nihilo, &c.

Quæ in εις diphthongum desinunt, græcanicæ ditionis sunt, qualia sunt

ὁ { πυρόεις, τιμόεις, σελέεις }   ὁ { φωνήεις, τιμήεις, μηδλέις. } &c.

Vt & illa etiā quę producunt penult. genitiui crescentis, ut

ὁ { Δελφὶς, ἀκτίς, σαμνίς, τελχίς }   τοῦ { δελφῖνος, ἀκτῖνος, σαμνῖτος, τελχῖνος. }

ἡ σαλαμὶς / ῥὶς — τῆς σαλαμῖνος / ῥινός.

At græca per *υ*, plerunque apud poëtas noſtros correpta inuenies, cuiuſmodi ſunt,

ὁ ἴτυς / ἄτυς / κάπυς — Hic Itys / Atys / Capys.

ἡ χέλυς / τήθυς — Hæc Chelys / Tethys.

Hoc poſtremũ, ut & alia nõnulla ſuperiorũ, Priſcian. Vergilij autoritate fretus produci mauult. Locus cui innititur eſt primo Georgicorum:

Teq; ſibi generum Tethys emat omnibus undis.

At hic locus nihil certi affert, quũ cæſura excuſari poteſt. Ouidius manifeſte corripit, ubi ait:

Tethys & extremo ſæpe recepta loco eſt.

Ais, licet quartam coniug. redolere uideatur, apud Perſiũ tamen & Sidoniũ corripitur: etſi non deſunt qui in Perſio ain pro ais reponendum putent. Perſius:

Hunc ais? hunc, dijs iratis, genioq; ſiniſtro. Sidonius: Prienæe Bia plures ais eſſe malignos.

OS Os finita producuntur, ut honos, deos: præter compos, impos, & os oſſis: & græca per *ο μικρὸν*, ut Delos, chaos, Pallados.

Græca in *ως* longa ſunt, ut

ὁ ἀνδρόγεως / ἥρως / μίνως / ἄθως / τρώς

τοῦ ἀχιλλέως / βασιλέως / ἱερέως / ἀρχιερέως / ἄρεως — Attice.

Verg. Androgeos offert nobis socia agmina iungens.
Ouid. Heros æsonius potitur, spolioq; superbus.
Idem: In dubio est, doleo quod Minos hostis amanti est.

Quę per ο μικρὸν scribuntur, breuia sunt, qualia sunt nominatiui singulares tertiæ declinationis, & genitiui quintæ per ο exile.

ἡ { λῆμνος, λέσβος, δῆλος, ἄβυδος }
τοῦ { ἀρκάδος, τυρίος }
τῆς { τηθύος, αἰνείδος. }

Ouid. Non sæuis Aeetæ regia Lemnos erat.
Idem: Solueret, in speculis omnis Abydos erat.
Idem: Arcados hinc sedes & inhospita tecta tyranni.
Idem: Attamen ille tuæ felix Aeneidos autor.

Accedunt his etiam neutra quintæ declinationis; cuius generis sunt quæ subiecimus:

τὸ { χάος, ἦθος, κλέος, τέλος }
γένος, ἔθνος, εἶδος, μῆκος. & similia.

Verg. Et chaos & phlegeton loca nocte silentia late.

Vs finita corripiuntur, ut deus, tempus: Præter producentia penult. genitiui crescentis, ut salus salutis. Et omnes uoces quartæ inflexionis in us: præter nominatiuum & uocatiuū singul. ut huius, hæ, has, ô manus. Adde monosyll. ut crus, thus; nam mus & sus natura producuntur, nimirū à μῦς & σῦς longis. Deniq; producuntur & græca per ους diphthongum, ut Iesus, Sapphus. VS

S priscorum more interdum liquescit, ut suprà adnota-

uimus. Horat. Regis opus, sterilisque diu palus aptaque remis. Capella: Interriuata marmore tellus erat.

Græca in ους partim nominatiui sunt, partim genitiui κατὰ συναίρεσιν, ut sunt

ὁ { ἰησοῦς, πολύπους, ὀδούς }   τοῦ { δημοσθένους, τείχους, ἰδοῦς. }

ἡ { ὀποῦς, ἀμαθοῦς }   τῆς { κλειοῦς, μαντοῦς. }

Verg. Est Amathûs, est celsa mihi Paphus, atque Cythera.
Idem: Fatidicæ Mantûs & Thusci filius amnis.

Est tamen ubi υ abiecta è diphthongo, ex ους efficitur ος, syllaba uidelicet breuis è longa. Homerus:

ἡ δ' ἄτη σθεναρή τε καὶ ἄρτιπος οὕνεκα πάσας. Hesiod.
πώλυπον ἀγρεύσας ποτὲ γωύνιχος, ἐξ ἁλὸς εἰς γλῶ
ἔρρυψεν, δήσας θηρὸς ἱμαντοπέδην. Sic Horat.
Polypus an grauis hirsutis cubet hircus in alis. Idẽ:
Delectant ueluti Balbinũ polypus Agnæ.

Vbi obiter aduertendum est, primam in polypus produci, ο μικρὸν in ω μέγα uersa δωρικῶς. De qua re sic scribit Athenæus: Δωριεῖς μὲν αὐτὸν διὰ τοῦ ω μεγάλου καλοῦσι πωλύπουν, ἀττικοὶ δὲ πολύπουν. quo modo & illud Persianum legi potest. Nec mihi Polydamas, & Troiades Labeonem
Prætulerint. &c.

Tametsi cõmentatores πουλυδάμας καὶ πόλυπος legendum contendant: quemadmodũ & in uulgatis exemplaribus legitur, & apud Homerum, Iliados 22.

τοῖσι δὲ πουλυδάμας πεπνυμένος ἦρχ' ἀγορεύειν.

Neque id sanè perperàm, nam Græcis creberrimũ est, huiusmodi syllabam uel producere, apposita υ ψιλὸν, uel abiecta corripere. Vtraque uenia usus est Maro noster, dum pro opilio, upilio dixit, & Syracosio pro syracusio.

Postre

Postremo u finita producuntur omnia, ut manu, diu, genu, amatu. V

Quidam è uetustioribus grãmaticis, inter quos sunt Victorinus & Seruius, neutra in u, corripi uolunt, præsertim in nominatiuo, accusatiuo, & uocatiuo, ad Græcorũ imitationem, qui his similia corripiunt. Theocritus:

ἀλλ' εὐθὺς μυθεῖται, ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνήμας. Homer.

πρόχνυ καθεζομένη, δεύοντο δὲ δάκρυσι κόλποι.

Nos enim ex γόνυ genu fecimus υ ψιλὸν uersa in u, quod & in aliis quibusdam factum comperies, ut

τύ	Tu
μῦς	Mus
κῦμαι	Cumæ
δύο	Duo
σῦς	Sus, & quæ sunt huius generis.

At istis omnino reclamat Priscianus. Cui equidem assentio, donec illi suam opinionem alicuius poëtæ latini autoritate confirmauerint.

VERSIFICANDI METHODI FINIS.

BASILEAE, PER IO. BEBELIVM, ET AND. CRATANDRVM, MENSE AVGVSTO, ANNO M. D. XXXII.


PALMA BEB.